

DIGESTORUM
SEU PANDECTARUM
LIBER TRICESIMUSNONUS.

DIGESTE OU PANDECTES,
LIVRE TRENTE-NEUVIÈME.

TITRE PREMIER.

DE LA DENONCIATION

D'UN NOUVEL OEUVRE.

1. *Ulpian au liv. 52 sur l'Édit.*

PAR le chef de l'édit dont il s'agit ici, le prêteur promet que dans le cas où quelqu'un entreprendroit un nouvel œuvre ou à droit ou à tort, la continuation en sera empêchée par le moyen d'une sommation, sauf ensuite à donner main-levée, et à permettre de le continuer s'il est prouvé que celui qui a fait cette sommation n'avoit aucun droit de la faire.

1. Cet édit, et le remède de la sommation qu'il accorde dans le cas d'un nouvel œuvre, n'a lieu que par rapport aux ouvrages à faire, et non par rapport à ceux qui sont déjà faits; c'est-à-dire que l'effet du bénéfice introduit par cet édit est d'empêcher qu'on ne fasse un ouvrage qu'on se proposoit de faire. Car si un ouvrage qu'on n'auroit pas eu droit de faire étoit achevé, il n'y auroit pas lieu à la sommation dont il s'agit ici: il faudroit avoir recours à l'interdit introduit contre la violence et la clandestinité, à l'effet de faire remettre les choses en même et semblable état qu'elles étoient avant la nouvelle entreprise dont on a à se plaindre. On peut aussi se servir de l'interdit proposé contre ceux qui font quelques

TITULUS PRIMUS.

DE OPERIS NOVI

NUNCIATIONE.

1. *Ulpianus lib. 52 ad Edictum.*

Hoc edicto promittitur, ut sive jure, sive injuria opus fieret, per nunciacionem inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi jus is qui nunciasset, non haberet.

Summa.

§. 1. Hoc autem edictum, remediumque operis novi nunciacionis, adversus futura opera inductum est, non adversus præterita: hoc est, adversus ea quæ nondum facta sunt, ne fiant. Nam si quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, cessat edictum de operis novi nunciacione: et erit transeundum ad interdictum, quod vi aut clam factum erit, ut restituatur; et quod et in loco sacro, religioso, et quod in flumine publico, ripave publica factum erit: nam his interdictis restituatur, si quid illicitè factum est.

De operibus futuris vel præteritis.

De additione
prætoris.

§. 2. Nunciatio ex hoc edicto non habet necessariam prætoris additionem: potest enim nunciare quis, etsi eum non adierit.

De nunciatione
suo, vel alieno
nomine.

§. 3. Item nunciationem et nostro et alieno nomine facere possumus.

De omnibus
diebus.

§. 4. Item nunciatio omnibus diebus fieri potest.

De absentibus
invitis, et ignorantibus.

§. 5. Et adversus absentes etiam, et invitos, et ignorantes operis novi nunciatio procedit.

Quis sit possessor.

§. 6. In operis autem novi nunciatione possessorem adversarium facimus.

Si quis post
nunciationem
ante remissionem
ædificaverit

§. 7. Sed si is cui opus novum nunciatum est, antè remissionem ædificaverit, deinde cœperit agere, jus sibi esse ita ædificatum habere: prætor actionem ei negare debet; et interdictum in eum de opere restituendo reddere.

De ignorante,
quod opus fiat.

§. 8. Potest autem quis nunciare etiam ignorans, quod opus fieret.

De jurisdictione
prætoris.

§. 9. Et post operis novi nunciationem committunt se litigatores prætoris jurisdictioni.

De pacto.

§. 10. Inde quæritur apud Celsum libro duodecimo digestorum, si post opus novum nunciatum conveniat tibi cum adversario, ut opus faceres, an danda sit conventionis exceptio? Et ait Celsus, dandam; nec esse periculum, ne pactio privatorum jussui prætoris anteposita videatur. Quid enim aliud agebat prætor, quàm hoc, ut controversias eorum dirimeret? A quibus si spontè recesserunt, debet id ratum habere,

travaux nuisibles dans un fleuve public ou sur la rive d'un fleuve public, ou dans un lieu sacré, ou devenu religieux par la sépulture d'un homme; car tous ces interdits restituent les plaignans contre toutes sortes d'entreprises illicites.

2. La sommation introduite par cet édit n'a pas besoin d'être précédée d'une permission expresse du præteur, on peut la faire même sans s'être présenté devant lui.

3. On peut faire cette sommation tant en son nom qu'au nom d'autrui.

4. On peut la faire tous les jours indistinctement.

5. Cette sommation a son effet contre les absens, contre ceux qui refusent de la recevoir, et même contre ceux qui ignorent la nouvelle entreprise dont on se plaint.

6. Par la sommation à l'effet de faire interrompre un nouvel ouvrage, on convient nécessairement que l'adversaire qu'on attaque est en possession.

7. Si celui à qui on a fait une sommation d'interrompre un nouvel ouvrage continue de bâtir sans en avoir obtenu le congé du præteur, et qu'ensuite il offre de prouver qu'il a droit de bâtir dans ce lieu, le præteur lui refusera toute action, et accordera même contre lui un interdit à l'effet de le forcer à remettre les choses en même et semblable état qu'elles étoient avant.

8. On peut sommer quelqu'un d'interrompre un nouvel ouvrage, quoiqu'on ignore quel ouvrage il a dessein de faire.

9. Après la sommation d'interrompre un nouvel ouvrage, les parties sont soumises à la juridiction du præteur.

10. C'est de là que Celse, au livre douze du digeste, propose la question suivante: Si après la sommation, la partie convient avec son adversaire qu'il pourra continuer, et qu'ensuite elle veuille tenter son action, l'adversaire pourra-t-il la repousser en lui opposant l'exception tirée de sa convention? Celse décide qu'il pourra la repousser. Il ajoute qu'il ne faut pas craindre en ce cas de préférer la convention des particuliers à l'ordonnance du magistrat. Car dans quel esprit le præteur rend-il cette ordonnance, si ce n'est pour terminer le différent qui est entre les parties? Si donc les parties s'arrangent d'elles-mêmes, on ne doit pas le trouver mauvais.

11. On fait un nouvel œuvre, une nouvelle entreprise, quand on change la forme ancienne d'un ouvrage, soit en ajoutant, soit en retranchant.

12. L'édit que nous interprétons ne s'étend pas à toutes sortes d'ouvrages indifféremment : il ne regarde que les ouvrages établis sur un fonds, par rapport auxquels on peut dire qu'on fait un nouvel œuvre en y bâtissant ou démolissant. C'est ce qui a fait décider que celui qui moissonneroit, qui couperoit un arbre, qui arracherait une vigne, ne seroit pas dans le cas de notre édit, quoiqu'on puisse dire qu'il fait un nouvel œuvre. La raison en est que notre édit ne concerne que les ouvrages qui sont établis sur un fonds.

13. Pourroit-on faire sommation d'interrompre à celui qui appuieroit un vieux bâtiment pour le soutenir? Il n'y a pas d'apparence qu'on le puisse; parce que ce n'est pas ici un nouvel œuvre, c'est un ouvrage ancien qu'on soutient.

14. La sommation introduite par cet édit a lieu par rapport à tout nouvel œuvre qui se fait dans l'enceinte des villes ou dans les campagnes, dans des lieux bâtis ou non bâtis, publics ou privés.

15. Examinons maintenant quelles sont les causes qui donnent lieu à cette sommation, quelles personnes peuvent la faire, et à qui elle peut être faite, dans quel lieu on doit la faire, et enfin quel est son effet.

16. La sommation à l'effet de faire interrompre un nouvel œuvre se fait ou pour conserver son droit, ou pour écarter de soi un préjudice que causeroit le nouvel œuvre, ou enfin pour défendre le bien public.

17. On fait la sommation, parce qu'on a quelque droit d'empêcher la continuation de l'ouvrage : par exemple, si on a le droit d'exiger caution de celui qui fait un ouvrage dans un lieu public ou privé, par laquelle il lui assure son indemnité dans le cas où il en résulteroit quelque tort à son égard; ou bien si celui qui bâtit n'observe point les conditions prescrites par les lois et les ordonnances des princes en matière de bâtimens; ou si quelqu'un entreprend un ouvrage dans un lieu sacré ou religieux ou public, ou sur la rive d'un fleuve : il y a même dans ces derniers cas des interdits établis par le préteur.

§. 11. Opus novum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutat.

Quid sit opus novum facere.

§. 12. Hoc autem edictum non omnia opera complectitur : sed ea sola quæ solo conjuncta sunt, quorum ædificatio vel demolitio videtur opus novum continere. Idcirco placuit, si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet : quanquam opus faciat, tamen ad hoc edictum non pertinere : quia ad ea opera quæ in solo fiunt, pertinet hoc edictum.

Quæ opera hoc edictum complectitur.

§. 13. Si quis ædificium vetus fulciat, an opus novum nunciare ei possumus, videamus? Et magis est, ne possimus : hic enim non opus novum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet.

Si quis ædificium vetus fulciat.

§. 14. Sive autem intra oppida, sive extra oppida in villis vel agris opus novum fiat, nunciatio ex hoc edicto locum habet, sive in privato, sive in publico opus fiat.

De loco, ubi opus fit.

§. 15. Nunc videamus, quibus ex causis fiat nunciatio, et quæ personæ nuncient, quibusque nuncietur, et in quibus locis fiat nunciatio, et quis effectus sit nunciationis.

Propositio dicens nunciatorum.

§. 16. Nunciatio fit, aut juris nostri conservandi causa, aut damni depellendi, aut publici juris tuendi gratia.

De finali,

§. 17. Nunciamus autem, quia jus ali-quod prohibendi habemus : vel ut damni infecti caveatur nobis ab eo qui fortè in publico, vel in privato quid molitur : aut si quid contra leges edictive principum, quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiet vel in sacro, vel in loco religioso, vel in publico, ripave fluminis : quibus ex causis et interdicta proponuntur.

Et efficienti causa nunciationis.

De ædificatione
in mari, vel in
litore.

§. 18. Quòd si quis in mare vel in litore ædificet, licèt in suo non ædificet, jure tamen gentium suum facit. Si quis igitur velit ibi ædificantem prohibere, nullo jure prohibet: neque opus novum nunciare, nisi ex una causa potest, si fortè damni infecti velit sibi caveri.

De jure suo
conservando, vel
damno depellen-
do.

§. 19. Juris nostri conservandi aut damni depellendi causa opus novum nunciare potest is, ad quem res pertinet.

De usufruc-
tuario.

§. 20. Usufructuarius autem opus novum nunciare suo nomine non potest: sed procuratorio nomine nunciare poterit, aut vindicare usumfructum ab eo qui opus novum faciat: quæ vindicatio præstabit ei, quòd ejus interfuit opus novum factum non esse.

2. Julianus lib. 49 Digestorum.

Si autem domino prædii nunciaverit, inutilis erit nunciatio: neque enim, sicut adversus vicinum, ita adversus dominum agere potest, jus ei non esse invito se alius ædificare. Sed si hoc facto usufructus deterior fiet, petere usumfructum debet.

3. Ulpianus lib. 52 ad Edictum.

De prædio pro-
vinciali.

In provinciali etiam prædio si quid fiat, operis novi nunciatio locum habebit.

De loco com-
muni.

§. 1. Si in loco communi quid fiat, nunciatio locum habebit adversus vicinum. Planè si unus nostrum in communi loco faciat, non possum ego socius opus novum ei nunciare: sed eum prohibebo communi dividendo judicio, vel per prætorem.

18. Celui qui bâtit sur la mer ou sur le rivage, ne bâtit point sur son terrain; cependant par le droit des gens, il rend le terrain sien. Ainsi celui qui voudroit l'empêcher de bâtir dans ces endroits n'auroit pas droit de le faire; il ne pourroit pas non plus le sommer d'interrompre, excepté pour une seule cause: savoir s'il étoit dans le cas de lui demander caution d'indemnité relativement au tort qui pourroit résulter par rapport à lui de l'exécution de ce nouvel œuvre.

19. Ce sont les propriétaires qui font des sommations d'interrompre un nouvel œuvre, pour conserver leurs droits ou éloigner d'eux un tort qu'ils craignent.

20. L'usufruitier ne peut pas faire une pareille sommation en son nom; il ne la peut faire que comme fondé de procuration du propriétaire, ou bien il pourra revendiquer son usufruit sur celui qui entreprend le nouvel œuvre; et par cette revendication il obtiendra une somme égale à l'intérêt qu'il a que ce nouvel œuvre ne se fasse pas.

2. Julien au liv. 49 du Digeste.

Si cet usufruitier fait une sommation d'interrompre un nouvel œuvre à son propre propriétaire, c'est-à-dire au maître de la chose dont il a l'usufruit, la sommation sera nulle. Car il ne peut pas également tenter une action contre celui-ci, comme il le pourroit contre le voisin, en prétendant qu'il n'a pas droit d'élever son édifice plus haut malgré lui. Si cependant ce nouvel œuvre devoit porter préjudice à son droit, il pourra revendiquer son usufruit.

3. Ulpien au liv. 52 sur l'Edit.

La sommation d'interrompre un nouvel œuvre a lieu aussi par rapport aux ouvrages faits sur les fonds situés dans les villes de province.

1. Si on fait quelque nouvel œuvre sur un fonds commun, les copropriétaires ont le droit de faire une sommation au voisin. Cependant si c'est un des copropriétaires lui-même qui fasse un ouvrage sur un fonds commun, l'autre ne pourra pas l'empêcher de continuer par voie de sommation, mais il le pourra, ou en intentant contre lui l'action

tion en division d'une chose commune, ou en interposant l'autorité du prêteur.

2. Si un de mes copropriétaires fait un nouvel arrangement dans une maison qui nous est commune, lequel doit nuire à une maison voisine qui m'appartient en total, puis-je lui faire sommation d'interrompre? Labéon pense que je ne le peux pas, par la raison que j'ai un autre moyen de l'empêcher, en interposant l'autorité du prêteur, ou en intentant contre lui l'action en division d'une chose commune. Ce sentiment est juste.

3. Celui qui n'a qu'un droit de superficie peut-il faire la sommation dont il s'agit ici à un voisin qui entreprendroit quelque nouvel œuvre? Il paroît qu'il ne seroit pas en droit de le faire, par la raison qu'il n'est regardé que comme un locataire. Il est cependant vrai d'ailleurs que, suivant le droit prétorien, il peut user d'action réelle. Ainsi on doit aussi lui accorder les actions réelles qui ont lieu en matière de demandes de servitudes, et par conséquent il aura aussi le droit de faire au voisin sommation d'interrompre le nouvel œuvre.

4. Tout citoyen est admis à faire la sommation d'interrompre une nouvelle entreprise toutes les fois qu'elle se fait dans un lieu public.

4. *Paul au liv. 48 sur l'Edit.*

Car il est de l'intérêt de l'état de trouver le plus grand nombre possible de défenseurs de ses intérêts.

5. *Ulpian au liv. 52 sur l'Edit.*

On a demandé si un pupille pourroit faire cette sommation? Julien écrit au livre douze du digeste, qu'on ne doit pas lui accorder cette faculté, excepté dans les cas où son intérêt se trouve joint au bien public: par exemple si l'ouvrage qu'on construit dans le lieu public doit nuire à ses vues ou à son jour. Au surplus la sommation faite par un pupille n'aura d'effet qu'autant qu'il aura été autorisé de son tuteur.

1. On peut faire à un esclave la sommation d'interrompre un nouvel œuvre; mais l'esclave ne peut faire cette sommation à personne, et s'il la faisoit elle seroit sans effet.

2. Il faut observer que la sommation d'interrompre un nouvel œuvre doit se faire sur

Tome VI.

§. 2. Quòd si socius meus in communi insula opus novum faciat, et ego propriam habeam, cui nocetur: an opus novum nunciare ei possim? Et putat Labeo non posse nunciare: quia possum cum alia ratione prohibere ædificare, hoc est vel per prætorem, vel per arbitrum communi dividendo. Quæ sententia vera est.

§. 3. Si ego superficiarius sim, et opus novum fiat à vicino, an possim nunciare? Movet, quod quasi inquilinus sum. Sed prætor mihi utilem in rem actionem dat: et ideò et servitutum causa actio mihi dabitur, et operis novi nunciatio debeat mihi concedi.

De superficiario.

§. 4. Si in publico aliquid fiat, omnes cives opus novum nunciare possunt.

Si quid in publico fiat.

4. *Paulus lib. 48 ad Edictum.*

Nam reipublicæ interest quamplurimos ad defendendam suam causam admittere.

5. *Ulpianus lib. 52 ad Edictum.*

De pupillo quæsitum est? Et Julianus libro duodecimo digestorum scripsit, pupillo non esse operis novi nunciationis executionem dandam, nisi ad ipsius privatum commodum res pertineat: veluti si luminibus ejus officiat, aut prospectui obsit. Non aliter autem pupilli rata habebitur nunciatio, quàm intercedente tutore auctore.

De pupillo.

§. 1. Servo autem opus novum nunciari potest: ipse verò nunciare non potest, neque nunciatio ullum effectum habet.

De servo.

§. 2. Nunciationem autem in re præsententi faciendam, meminisse oportebit, id

Ubi et quem nunciare oportet.

est, eo loci, ubi opus fiat, sive quis ædificet, sive inchoet ædificare.

§. 3. Nunciari autem non utique domino oportet: sufficit enim in re præsentî nunciari ei qui in re præsentî fuerit, usque adeò ut etiam fabris, vel opificibus qui eò loci operantur, opus novum nunciari possit. Et generaliter ei nunciari opus novum potest, qui in re præsentî fuit domini, operisve nomine. Neque refert quis sit iste, vel cujus conditionis, qui in re præsentî fuit. Nam et si servo nunciatur, vel mulieri, vel puero, vel puellæ, tenet nunciatio: sufficit enim, in re præsentî operis novi nunciationem factam sic, ut domino possit renuntiari.

§. 4. Si quis fortè in foro domino opus novum nunciat, hanc nunciationem nullius esse momenti, exploratissimum est: in re enim præsentî, et penè dixerim ipso opere, hoc est, in re ipsa, nunciatio faciendâ est: quod idcirco receptum est, ut confestim per nunciationem ab opere discedatur. Cæterùm, si alibi fiat nunciatio, illud incommodi sequitur, quòd dum venit ad opus, si quid fuerit operis per ignorantiam factum, evenit, ut contra edictum prætoris sit factum.

§. 5. Si plurium res sit, in qua opus novum fiat, et uni nunciatur, rectè facta nunciatio est, omnibusque dominis videtur denunciata. Sed si unus ædificaverit post operis novi nunciationem: alii qui non ædificaverint, non tenebuntur: neque enim debet nocere factum alterius ei qui nihil fecit.

§. 6. Si plurium dominorum rei opus noceat: utrùm sufficere unius ex sociis nunciatio, an verò omnes nunciare debeant? Et est verius, unius nunciationem omnibus non sufficere, sed esse singulis nunciare necesse: quia et fieri potest, ut nunciatorum alter habeat, alter non habeat jus prohibendi.

le champ, c'est-à-dire dans le lieu même où se fait le nouvel œuvre: par exemple dans le lieu où on bâtit, ou bien où on commence à bâtir.

3. Il n'est pas nécessaire que la sommation soit faite au propriétaire lui-même, il suffit qu'elle soit faite sur le lieu même à ceux qui sont présents, au point qu'elle peut être faite aux maçons ou autres ouvriers qui travaillent dans cet endroit. En général, on peut faire la sommation d'interrompre le nouvel œuvre à tous ceux qui se trouvent sur le lieu au nom du maître, et aux ouvriers qui travaillent pour lui. Peu importe quelle est la qualité de celui qui se trouve ainsi sur le lieu. Car la sommation faite à un esclave, à une femme, à un enfant, à une fille est valable; parce qu'il suffit que la sommation soit faite sur le lieu de manière que le maître puisse en recevoir avis.

4. Il est bien certain que la sommation d'interrompre un nouvel œuvre, faite à quelqu'un dans la place publique, n'est d'aucun effet; car la sommation doit être faite dans le lieu même, je dirais presque sur l'ouvrage même: ce qui a été ainsi établi afin qu'on puisse interrompre tout de suite l'ouvrage. Si au contraire on fait la sommation ailleurs, il pourroit arriver que l'ouvrage qui auroit été fait dans l'ignorance où on étoit de la sommation, et pendant le temps qu'on met à se transporter sur le lieu seroit fait contre l'ordonnance du præteur.

5. Si la chose sur laquelle on construit un nouvel œuvre appartient à plusieurs propriétaires, et que la sommation ait été faite à l'un d'eux, elle est régulière, comme si elle eût été faite à tous. Cependant si un de ces propriétaires continue à travailler après la sommation, et que les autres interrompent, ceux-ci ne seront tenus à rien; parce que le fait d'autrui ne doit pas nuire à celui qui n'y a pas participé.

6. Si le nouvel œuvre nuit à une chose appartenante à plusieurs propriétaires, suffit-il que la sommation ait été faite par un d'eux, ou doit-elle être faite par tous? On doit décider que la sommation faite par un seul propriétaire ne profiteroit pas aux autres; parce que, de ceux qui font la sommation, il peut y en avoir qui aient droit d'empêcher la continuation de l'ouvrage et d'autres qui n'en aient pas le droit.

Si plurium sit res in qua opus fit,

Vel cui opus noceat.

7. Si on vouloit faire au prêteur lui-même la sommation d'interrompre un nouvel œuvre, on doit en attendant protester contre l'impossibilité où on est de faire cette sommation; et par la suite, lorsqu'on se trouvera en état de faire la sommation, tout ce qui aura été bâti depuis la protestation doit être détruit, comme s'il y avoit eu deux sommations faites en deux jours différens.

8. Si quelqu'un fait entrer ses poutres dans ma maison, ou bâtit sur mon terrain, l'équité veut que je puisse le sommer d'interrompre le nouvel œuvre à l'effet de conserver mon droit.

9. Sextus-Pædius dit élégamment qu'il y a trois causes qui donnent lieu à la sommation d'interrompre un nouvel œuvre : *une cause naturelle* qui a lieu lorsque quelqu'un fait entrer ses poutres dans ma maison ou bâtit sur mon terrain ; *une cause publique*, lorsque par la sommation d'interrompre un nouvel œuvre, je procure l'exécution des lois, des sénatus-consultes, des ordonnances des princes; *une clause impositice*, lorsqu'un homme après avoir diminué les droits de son fonds au profit d'un fonds voisin, c'est-à-dire après avoir imposé une servitude sur son fonds, fait ensuite quelque chose qui blesse le droit de celui à qui il doit la servitude.

10. Il faut cependant observer que dans les cas où quelqu'un veut bâtir sur notre terrain, appuyer ses poutres sur notre maison, faire des saillies sur notre fonds, il est plus à propos de l'en empêcher en recourant à l'autorité du prêteur, ou par un signe de la main, c'est-à-dire en jettant une pierre dans son ouvrage, que de lui faire une sommation d'interrompre. Car la sommation d'interrompre donne la qualité de possesseur à celui à qui elle est faite; mais s'il fait quelque ouvrage sur son fonds qui doit nous préjudicier, alors la sommation d'interrompre est nécessaire. Et si celui qui fait quelque ouvrage sur notre fonds s'obstine à le continuer, il sera très-juste d'intenter contre lui l'interdit établi contre la violence ou la clandestinité, ou l'interdit *uti possidetis* établi pour se maintenir dans la possession d'une chose immobilière.

11. Si un particulier veut réparer ou nettoyer ses ruisseaux et ses cloaques, on ne pourra pas l'en empêcher par la sommation

§. 7. Si quis ipsi prætori velit opus novum nunciare, debet, ut interim testetur, non posse se nunciare : et si nunciavit postea, et quod retrò ædificatum erit, destruendum erit, quasi repetita die nunciatione facta.

Si quis prætori nunciare velit.

§. 8. Sed et si ædes nostras quis immittit, aut in loco nostro ædificet, æquum est, nos operis novi nunciatione jus nostrum nobis conservare.

Si quis in ædes nostras immittat, aut in loco nostro ædificet.

§. 9. Et bellè Sextus Pædius definit, triplicem esse causam operis novi nunciationis : aut naturalem, aut publicam, aut imposititiam. *Naturalem*, cum in nostras ædes quid immittitur, aut ædificatur in nostro. *Publicam* causam, quotiens leges, aut senatusconsulta, constitutionesque principum per operis novi nunciacionem tuemur. *Imposititiam*, cum quis posteaquam jus suum deminuit, alterius auxit, hoc est, posteaquam servitutem ædibus suis imposuit, contra servitutem fecit.

De causa nunciacionis.

§. 10. Meminisse autem oportebit, quotiens quis in nostro ædificare, vel in nostrum immittere, vel projicere vult : melius esse, eum per prætorem, vel per manum, id est, *lapilli ictum*, prohibere, quàm operis novi nunciacione. Cæterum, operis novi nunciacione possessorem eum faciemus, cui nunciaverimus. Aut si in suo quid faciat, quod nobis noceat : tunc operis novi denuntiatio erit necessaria. Et si fortè in nostro aliquid facere quis perseverat : æquissimum erit, adversus eum *quod vi, aut clam*, aut *uti possidetis* interdicto possidetis uti.

Si quis in nostro vel in suo faciat.

§. 11. Si quis rivos, vel cloaces velit reficere, vel purgare, operis novi nunciatio meritò prohibetur, cum publicæ

De rivos, vel cloacis purgandis, et generaliter his quorum

mora periculum
est allatura.

salutis et securitatis intersit , et cloaces
et rivos purgari.

§. 12. Præterea generaliter prætor cætera quoque opera exceptit, quorum mora periculum aliquod allatura est: nam in his quoque contemnendam putavit operis novi nunciationem. Quis enim dubitat, multò melius esse omitti operis novi nunciationem, quàm impediri operis necessarii urgentem extructionem? Totiens autem hæc pars locum habet, quotiens dilatio periculum allatura est.

§. 13. Proinde si quis, cum opus hoc mora periculum allaturum esset, nunciaverit opus novum, vel si in cloacis, vel ripa reficiendis aliquid fieret: dicemus apud judicem quæri debere, an talia opera fuerint ut contemni nunciatio deberet? Nam si apparuerit vel in cloaca, rivoque, eove, cuius mora periculum allatura esset: dicendum est, non esse verendum, ne hæc nunciatio noceret.

De iurejurando
calumnie.

§. 14. Qui opus novum nunciat, jurare debet, non calumnie causa opus novum nunciare. Hoc iusjurandum auctore prætoris defertur. Ideirco non exigitur, ut juret is antè, qui iusjurandum exigit.

De demonstra-
tione loci in
quo nunciatur.

§. 15. Qui nunciat, necesse habeat demonstrare in quo loco opus novum nunciet, scituro eo, cui nunciatum est, ubi possit ædificare, ubi interim abstinendum est. Totiens autem demonstratio facienda est, quotiens in partem fit nunciatio. Cæterum, si in totum opus fiat, non est necesse demonstrare, sed hoc ipsum dicere.

Si in pluribus
locis opus fiat.

§. 16. Si in pluribus locis opus fiat, utrùm una nunciatio sufficiat, an verò plures sint necessariæ? Et ait Julianus libro quadragesimonono digestorum, quia in re præsentis fit nunciatio, plures nunciationes esse necessarias, et consequenter plures remissiones.

dont il s'agit ici, parce qu'il est du bien et de la sûreté publics que les cloaques et les égouts soient nettoiyés.

12. Au nombre des ouvrages qu'on ne peut empêcher par la sommation dont il s'agit ici, le préteur met encore les ouvrages qui ne peuvent être discontinués sans péril: il a cru qu'en ce cas on pouvoit passer outre malgré la sommation. Car peut-on douter qu'il ne vaille mieux mépriser la sommation que d'interrompre la construction urgente d'un édifice nécessaire? Ceci a lieu toutes les fois que le délai doit apporter quelque préjudice.

13. Ainsi, dans les cas où on feroit une sommation d'interrompre des ouvrages qui ne pourroient être discontinués sans danger, ou des réparations d'égouts et des murs qui les entourent, je pense qu'il faut examiner en présence du juge si les ouvrages sont tels qu'on puisse passer outre notwithstanding la sommation. Car si ces ouvrages ne peuvent être discontinués sans danger, ou tendent à la réparation des égouts et des cloaques, on n'aura rien à craindre de la sommation.

14. Celui qui fait la sommation à l'effet de faire interrompre un nouvel œuvre, doit assurer par serment qu'il ne fait pas cette sommation dans l'intention de vexer son adversaire. Ce serment est déféré par l'autorité du préteur. Ainsi il ne doit pas être prêté avant qu'on ne l'exige.

15. Celui qui fait la sommation d'interrompre un nouvel œuvre doit désigner le lieu sur lequel tombe la sommation, afin que celui à qui la sommation est faite puisse savoir où il peut continuer et où il doit interrompre. Cette désignation doit se faire toutes les fois que la sommation n'a pour but que de faire interrompre une partie de l'ouvrage. Mais si on entend faire interrompre l'ouvrage entier, la désignation n'est plus nécessaire, il suffit de signifier son intention.

16. Si l'ouvrage qu'on veut faire interrompre se fait en même temps, faut-il faire plusieurs sommations, ou une seule suffira-t-elle? Julien décide au livre quarante-neuf du digeste, que comme la sommation doit se faire sur le lieu même, il faudra faire plusieurs sommations, et par conséquent que

l'autre aura besoin de plusieurs main-levées.

17. Si celui à qui est faite la sommation d'interrompre un nouvel œuvre donne caution, ou promet d'indemniser celui qui l'a faite, ou offre de le faire, en sorte qu'il ne tienne pas à lui de donner bonne et suffisante caution à dire de prud'homme, la sommation est regardée comme non-avenue. Ce remède a son utilité, en ce qu'il dispense celui à qui la sommation est faite de la nécessité de comparoître devant le préteur, et d'obtenir de lui main-levée.

18. Lorsque la sommation est faite par un procureur, il doit donner caution que le maître ratifiera; autrement on donne absolument main-levée de la sommation, quand même celui qui l'a faite seroit véritablement fondé de procuration.

19. Celui qui demande au nom d'un absent main-levée d'une sommation faite pour une cause publique ou privée, doit donner caution d'exécuter le jugement; car il est regardé comme prenant la défense d'un autre; mais cette caution n'a pas pour objet d'assurer la ratification du maître, mais seulement l'exécution de ce qui est demandé par la sommation.

20. Si un fondé de procuration me somme d'interrompre un nouvel œuvre, et que, pour pouvoir continuer l'ouvrage nonobstant la sommation, je lui aie donné caution, qu'ensuite j'intente contre lui-même l'interdit proposé contre la violence, il sera obligé de me donner caution d'exécuter la chose jugée; parce qu'il est alors regardé comme prenant la défense d'un autre.

6. *Julien au liv. 41 du Digeste.*

C'est aussi par cette raison qu'on ne doit point opposer à ce procureur aucune exception contre sa procuration, ni lui faire donner caution de faire ratifier par le maître ce qu'il aura fait.

7. *Ulpian au liv. 52 sur l'Édit.*

Si le fondé de procuration ne veut point donner caution d'exécuter le jugement, il doit être débouté du droit de faire interrompre le nouvel œuvre, et on doit lui refuser toutes les actions qu'il voudroit intenter au nom du maître.

1. Les tuteurs et curateurs peuvent valablement faire la sommation d'interrompre un nouvel œuvre.

§. 17. Si is cui renunciatum erit ex operis novi nunciacione, satisdederit, repromiseritve, aut per eum non fiet, quominus boni viri arbitrato satisfacet, repromittatve: perinde est, ac si operis novi nunciatio omissa esset. Habet autem hoc remedium utilitatem: nam remittit vexationem ad prætorem veniendi, et desiderandi, ut missa fieret nunciatio. De satisfactione.

§. 18. Qui procuratorio nomine nunciaverit, si non satisfacit, eam rem dominum ratam habiturum: nunciatio omnimodò remittitur, etiamsi verus sit procurator. De procuratore.

§. 19. Qui remissionem absentis nomine desiderat, sive ad privatum, sive ad publicum jus ea remissio pertinet, satisfacere cogitur: sustinet enim partes defensoris. Sed hæc satisfactio non pertinet ad ratihabitionem, sed ad operis novi nunciacionem.

§. 20. Si procurator autem opus novum mihi nunciaverit, et satis acceperit, deinde interdicto adversus eum utar, ne vim mihi faciat, quò minus ædificem: ex interdicto eum oportet judicatum solvi satisfacere: quia partes sustinet defensoris.

6. *Julianus lib. 41 Digestorum.*

Et ideò neque exceptiones procuratoriæ opponi ei debent, nec satisfacere cogendus est, ratam rem dominum habiturum.

7. *Ulpianus lib. 52 ad Edictum.*

Et, si satisfactionem non dabit, summovendus erit ab executione operis novi: et actiones quas domini nomine intendit, debent ei denegari.

§. 1. Et tutor et curator opus novum rectè nunciant. De tutore et curatore.

8. *Pàulus lib. 48 ad Edictum.*

De vicino proximo vel superiori.

Non solum proximo vicino, sed etiam superiori opus facienti nunciare opus novum potero : nam et servitutes quædam intervenientibus mediis locis vel publicis vel privatis esse possunt.

De eo quod ante nunciationem factum est, in testationem referendo.

§. 1. Qui opus novum nunciat, si quid operis jam factum erit, in testationem referre debet, ut appareat quid postea factum sit.

Quo casu opus faciens satisfacere debet.

§. 2. Si, cum possem te jure prohibere, nunciavero tibi opus novum : non alias ædificandi jus habebis, quam si satisfeceris.

Aut promittere.

§. 3. Quod si nunciavero tibi, ne quid contra leges in loco publico facias, promittere debebis : quoniam de eo opere, alieno jure contendo, non meo : et tanquam alieni juris petitor, repromissione contentus esse debeo.

De effectu nunciationis.

§. 4. Sciendum sit, facta operis novi nunciatione, cui nunciatum est, abstinere oportere, donec caveat, vel donec remissio nunciationis fiat. Tunc enim, si jus ædificandi habet, recte ædificabit.

De modulis sumendis, ut probetur, quod postea ædificatum sit.

§. 5. Sed ut probari possit, quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui nunciat : qui ut sumantur, conferanturque, prætor decernere solet.

De morte et alienatione.

§. 6. Morte ejus qui nunciavit, extinguitur nunciatio, sicut alienatione : quia his modis finitur jus prohibendi.

§. 7. Quod si is cui opus novum nunciatum erat, decesserit, vel ædes alienaverit : non extinguitur operis novi nunciatio. Idque ex eo apparet, quod in stipulatione, quæ ex hac causa interponitur, etiam heredis mentio fit.

8. *Paul au liv. 48 sur l'Edit.*

On peut faire sommation d'interrompre un nouvel œuvre non-seulement à son voisin immédiat, mais encore à celui qui est au-dessus de lui : car il peut y avoir des servitudes entre deux fonds séparés par un autre fonds public ou privé.

1. Celui qui fait la sommation d'interrompre le nouvel œuvre doit rapporter dans son procès-verbal l'ouvrage qui est déjà fait, afin qu'on puisse voir ce qui aura été fait depuis.

2. Si ayant droit de vous empêcher de faire un ouvrage, je vous ai sommé de l'interrompre, vous n'aurez le droit de le continuer qu'en me donnant caution de m'indemniser.

3. Si je vous somme de ne point faire dans un endroit public un ouvrage prohibé par les lois, vous devez vous obliger envers moi par une promesse, et non par une caution ; parce que ce n'est pas en mon nom, mais au nom d'autrui, que je vous conteste le droit de faire cet ouvrage : ce qui fait que poursuivant le droit d'autrui, je dois me contenter d'une simple promesse.

4. On doit savoir que lorsque la sommation d'interrompre un nouvel œuvre est faite, celui à qui elle est faite doit interrompre jusqu'à ce qu'il ait donné caution ou obtenu main-levée. Car alors, s'il a droit de faire l'ouvrage, il pourra le continuer.

5. Mais, pour pouvoir prouver ce qu'il y avoit d'ouvrage fait lors de la sommation, celui qui somme doit prendre une mesure de l'ouvrage, et le préteur est dans l'usage d'ordonner que cette mesure sera prise, et ensuite rapportée avec l'ouvrage.

6. La sommation d'interrompre un nouvel œuvre s'éteint par la mort de celui qui l'a faite et par la mutation de propriétaire, parce que ces manières lui font perdre le droit qu'il avoit d'empêcher l'ouvrage.

7. Mais la mort de celui à qui la sommation a été faite, ou l'aliénation qu'il auroit faite de sa propriété, ne fait point cesser l'effet de la sommation. La preuve en est que, dans la stipulation ou promesse qui a lieu en ce cas, on fait mention même de l'héritier de celui à qui la sommation a été faite.

9. *Gaius sur l'Édit urbain, au titre de la sommation à l'effet de faire interrompre un nouvel œuvre.*

Le créancier qui possède un fonds à titre de gage peut faire la sommation d'interrompre le nouvel œuvre, relativement aux servitudes qui peuvent être dues au fonds: car il a le droit de réclamer ces servitudes même par action réelle.

10. *Ulpian au liv. 45 sur Sabin.*

La sommation d'interrompre un nouvel œuvre est réelle et non personnelle. Ainsi elle peut être faite à un furieux, à un enfant, sans qu'il soit besoin de l'autorisation du tuteur.

11. *Paul au liv. 11 sur Sabin.*

En effet la sommation faite à quelqu'une personne que ce soit douée de connoissance, comme à un ouvrier, oblige l'enfant et le furieux.

12. *Le même au liv. 15 sur Sabin.*

En matière de sommation d'interrompre un nouvel œuvre, si celui à qui elle est faite donne caution, la stipulation est exécutoire jusqu'à concurrence de la condamnation qui sera intervenue.

13. *Julien au liv. 41 du Digeste.*

Lorsqu'un fondé de procuration fait la sommation d'interrompre un nouvel œuvre, et donne caution de faire ratifier ce qu'il aura fait par le maître, la main-levée est donnée au nom du maître.

1. Si un maître qui a fait sommation d'interrompre un nouvel œuvre, et qui a reçu caution que l'ouvrage seroit démolé si l'adversaire ne pouvoit pas son droit dans certain temps, fait une nouvelle sommation avant que le terme porté dans la stipulation soit arrivé, il encourt la peine portée par la stipulation. Il en est autrement s'il fait cette nouvelle sommation après que le terme sera arrivé: car le maître lui-même n'a pas le droit, après avoir fait une sommation et reçu caution, de faire une seconde sommation tant que le temps porté dans la stipulation qui a été faite en cette occasion n'est pas encore arrivé.

2. Si, lorsqu'il s'agira de donner main-levée de la sommation, il se présente un procureur au nom de celui par qui la sommation a été faite, le préteur doit examiner s'il est véritablement fondé de procu-

9. *Gaius ad Edictum urbicum, titulo de operis novi nunciacione.*

Creditori, cui pignoris nomine prædium tenetur, permittendum est, de jure (id est de servitute) opus novum nunciare: nam ei vindicatio servitutis datur.

De creditore.

10. *Ulpianus lib. 45 ad Sabinum.*

Operis novi nunciatio in rem fit, non in personam. Et ideò furioso, et infanti fieri potest: nec tutoris auctoritas in ea nunciacione exigitur.

Utrum nunciatio fiat in rem, aut in personam. Quibus nunciari potest.

11. *Paulus lib. 11 ad Sabinum.*

Cuilibet enim intelligenti, veluti fabro, nunciatum, infantem et furiosum tenet.

12. *Idem lib. 13 ad Sabinum.*

Ex operis novi nunciacione si caveatur, tanti stipulatio committitur, quanti iudicatum sit.

De cautione.

13. *Julianus lib. 41 Digestorum.*

Cùm procurator opus novum nunciat, et satisfaciat rem ratam dominum habiturum: et remissio in domini personam confertur.

De procuratore.

§. 1. Si dominus opus novum nunciaverit intra diem, quæ stipulatione ex operis novi nunciacione interposita comprehensa esset, committitur stipulatio: si præterita ea die dominus nunciaverit, non committitur. Nam et ipsi domino, cùm semel nunciaverit, non permittitur iterum nunciare, quandiù stipulatio ex operis novi nunciacione teneret.

§. 2. Si in remissione à parte ejus, qui opus novum nunciaverat, procurator interveniat: id agere prætorem oportet, ne falsus procurator absenti doceat: cùm sit indignum, quolibet interveniente benefi-

ciam prætoris amitti.

De servitute.

14. *Idem lib. 49 Digestorum.*

Qui viam habet, si opus novum nunciaverit adversus eum, qui in via ædificat, nihil agit: sed servitutem vindicare non prohibetur.

15. *Africanus lib. 9 Quæstionum.*

Si, priusquam ædificatum esset, ageretur, jus vicino non esse ædes altius tollere, nec res ab eo defenderetur: partes judicis non alias futuras fuisse ait, quàm ut eum cum quo ageretur, cavere juberet, non prius se ædificaturum, quàm ultra egisset, jus sibi esse altius tollere. Idemque è contrario, si cum quis agere vellet, jus sibi esse invito adversario altius tollere: eo non defendente similiter, inquit, officio judicis continebitur, ut cavere adversarium juberet, nec opus novum se nunciaturum, nec ædificanti vim facturum. Eaque ratione hactenus is qui rem non defenderet, puniretur, ut jure suo probare necesse haberet: id enim esse, petitoris partes sustinere.

No officio judicis adversus absentem non defendentem, cum de servitute agitur.

16. *Ulpianus lib. 13 ad Edictum.*

Si opus novum prætor jussit nunciari, deinde prohibuerit: ex priore renuntiatione agi non potest, quasi adversus dictum ejus facta sit.

Si prætor jussit nunciari, deinde prohibuit

17. *Paulus lib. 57 ad Edictum.*

De procuratore.

Si procurator opus novum facientem prohibuerit, domino competit quod vi aut clam interdictum.

ration; parce qu'il seroit odieux qu'on pût perdre un bénéfice accordé par le préteur sur l'intervention du premier venu.

14. *Le même au liv. 49 du Digeste.*

Celui qui a un droit de chemin ne gagne rien à faire une sommation d'interrompre à celui qui bâtit sur l'endroit où il a droit de passage; mais il peut agir par action réelle pour réclamer la servitude qui lui est due.

15. *African au liv. 9 des Questions.*

Si un voisin intente contre son voisin une action, prétendant qu'il n'a pas droit d'élever sa maison au-delà de la hauteur où elle se trouve avant que le voisin ait commencé à faire aucune construction, et que le voisin ne se mette pas en devoir de défendre contre cette action, Julien décide que l'office du juge se réduira à faire donner caution par celui contre lequel l'action est intentée, qu'il ne fera aucune construction avant de s'être présenté lui-même pour soutenir contre son voisin qu'il a droit d'élever sa maison au-delà de cette hauteur. Et réciproquement, si un voisin intente une action contre son voisin prétendant qu'il a le droit d'élever sa maison, et que celui-ci ne se mette pas en devoir de défendre contre cette action, l'office du juge consistera pareillement, dit le même jurisconsulte, à faire donner caution au voisin qu'il ne formera pas d'opposition à la construction que veut faire son voisin, et qu'il n'usera point de voies de fait pour l'empêcher de bâtir. Ainsi, en ce cas, la punition de celui qui ne défend point contre l'action intentée contre lui, consiste en ce qu'il est forcé à prouver la justice de son droit, au lieu qu'en tout autre cas cette preuve regarderoit le demandeur.

16. *Ulpien au liv. 13 sur l'Edit.*

Si le préteur a ordonné qu'il seroit fait une sommation d'interrompre un nouvel œuvre, et qu'ensuite il ait défendu de la faire, on ne peut plus agir en vertu de la première sommation qu'on auroit faite, parce que ce seroit agir contre le prononcé du préteur.

17. *Paul au liv. 57 sur l'Edit.*

Si un fondé de procuration a formé opposition à la construction d'un nouvel œuvre, le maître acquiert par son ministère l'interdit établi contre la violence ou la clandestinité.

18. *Papinien au liv. 3 des Questions.*

Lorsqu'une sommation est faite à l'effet de faire interrompre un nouvel œuvre sur un fonds commun à plusieurs personnes, il faut distinguer si le nouvel œuvre se fait du consentement de tous les propriétaires, auquel cas la sommation les lie tous. Si quelques-uns des propriétaires ignorent la construction du nouvel œuvre, celui qui aura contrevenu à l'édit du préteur sera seul obligé pour le tout.

1. On n'examine point à qui appartient le terrain sur lequel on fait le nouvel œuvre, on ne fait attention qu'à celui qui en est actuellement en possession, pourvu que le nouvel œuvre se fasse en son nom.

19. *Paul au liv. 8 des Questions.*

On doit observer que lorsque le préteur a refusé la permission de continuer un nouvel œuvre, celui qui l'a entrepris conserve toujours ses actions. De même que celui qui vouloit faire une sommation d'interrompre, et qui n'en a pas obtenu la permission du préteur conserve les siennes.

20. *Ulpien au liv. 17 sur l'Édit.*

L'édit du préteur porte : « Si on continue de travailler sur un endroit où a été faite la sommation d'interrompre avant qu'on eût eu main-levée de l'opposition, ou qu'on fût dans le cas où cette main-levée est censée donnée, je ferai rétablir les choses en l'état où elles étoient avant. »

1. Voici les causes qui donnent lieu à cet interdit : L'édit porte expressément qu'on ne continuera point l'ouvrage après la sommation, avant qu'on en ait obtenu main-levée, ou qu'au lieu et place de cette main-levée on n'ait donné caution de rétablir les choses en leur ancien état. Ainsi celui qui continue l'ouvrage, quand même il auroit droit de le faire, contrevient à l'interdit du préteur ; et par cette raison il est obligé de démolir son ouvrage.

2. Cet interdit aura lieu, soit que la sommation ait été faite sur un terrain bâti ou non bâti.

3. L'édit du préteur porte : Je ferai rétablir les choses en leur premier état. Il ne distingue point si on a eu droit de continuer ou non. Ainsi l'interdit aura lieu dans l'un et l'autre cas.

4. Tous les ouvrages faits avant la main-

Tome VI.

18. *Papinianus lib. 3 Questionum.*

Ædibus communibus, si ob opus novum nunciatio uni fiat, si quidem ex voluntate omnium opus fiat, omnes nunciatio tenebit. Si verò quidam ignorent, in solidum obligabitur qui contra edictum prætoris fecerit.

De ædibus communibus.

§. 1. *Nec ad rem pertinet, cujus solum sit, in quo opus fiat : sed quis ejus soli possessor inveniatur, modò si ejus nomine opus fiat.*

De dominio vel possessione soli, in quo opus fit.

19. *Paulus lib. 8 Questionum.*

Sciendum est, denegata executione operis novi, nihilominus integras legitimas actiones manere : sicut in his quoque causis manent, in quibus ab initio operis novi denunciationem prætor denegat.

De operis novi executione, vel denunciatione denegata.

20. *Ulpianus lib. 17 ad Edictum.*

Prætor ait : Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur : quod in eo loco, antequam nunciatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet, factum est, id restituas.

Interdictum restitutorium.

§. 1. *Interdictum hoc proponitur ex hujusmodi causis : Edicto expressum est, ne post operis novi nunciationem quicquam operis fiat, antequam vel nunciatio missa fiat, vel vice nunciationis missæ satisfactio de opere restituendo fuerit interposita. Qui igitur facit, etsi jus faciendi habuit, tamen contra interdictum prætoris facere videtur : et ideò hoc destruere cogitur.*

Ratio interdicti.

§. 2. *Sive autem vacuus locus sit, ubi nunciatum est, sive ædificatus, æquè huic interdicto locus erit.*

De loco vacuo vel ædificato.

§. 3. *Ait prætor : Quod factum est, restituas. Quod factum est, jubet restitui : neque interest, jure factum sit, an non. Sive jure factum est, sive non jure factum est, interdictum locum habebit.*

De jure, vel non jure facto.

§. 4. *Quidquid autem antè remissio-*

De facto antè

remissionem, vel illud quod loco remissionis habetur.

De parato satisfidare.

De temporibus successoribus.

De eo qui fecit vel ratum habuit.

De successoribus.

Interdictum prohibitorium.

Summa et ratio interdicti.

Si quis jure, vel non jure ædificet.

Cui competit interdictum.

De cautione.

nem fit, vel illud quod loco remissionis habetur, pro eo habendum est, atque si nullo jure factum esset.

§. 5. Si quis paratus fuerit satisfidare, deinde actor stipulari nolit: in ea causa est, ut remitti debeat. Nam cum per actorem fiet: apparet, in ea causa esse, ut remitti debeat.

§. 6. Hoc interdictum perpetuò datur: et heredi, cæterisque successoribus competit.

§. 7. Adversus ipsum quoque, qui opus fecit, vel factum ratum habuit, interdicto locus erit.

§. 8. Planè si quærat, an in heredem ejus qui opus fecit, interdictum hoc competat: sciendum est, Labeonem existimasse, in id quod ad eum pervenit, duntaxat dari oportere; vel si quid dolo malo ipsius factum sit, quò minùs perveniret. Nonnulli putant tam actionem in factum esse dandam, quàm interdictum: quod verum est.

§. 9. Deinde ait prætor: *Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret: qua de re agitur, si de ea re satisfidatum est: quod ejus cautum sit, aut per te stat, quò minùs satisfidetur: quò minùs illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto.*

§. 10. Hoc interdictum prohibitorium est, ne quis prohibeat facere volentem eum qui satisfidedit: etenim pertinet ad decus urbium, ædificia non derelinqui.

§. 11. Nec quicquam interest, jure quis ædificet, an non jure ædificet: cum sit securus is qui opus novum nunciavit, posteaquàm ei cautum est.

§. 12. Hoc autem interdictum competit ei, qui satisfidedit.

§. 13. Adjicitur et illud, *aut per te stat, quò minùs satisfidetur.* Proinde si satisfidatum non est, sed repromissum, interdicto huic locus non erit. Neque enim permitendum fuit, in publico ædificare priùs quàm appareat quo jure quis ædificet.

levée ou ce qui en tient lieu, est regardé comme non-fait.

5. Si celui qui fait l'ouvrage offre de donner caution, et que son adversaire refuse de la recevoir, ce refus vaut main-levée, parce qu'il ne tient qu'à l'adversaire de recevoir caution.

6. Cet interdit est perpétuel; il passe aux héritiers et autres successeurs.

7. L'interdit a lieu aussi contre celui qui a fait l'ouvrage, aussi bien que contre celui qui l'a ratifié lorsqu'il a été fait.

8. À l'égard de la question de savoir si cet interdit a également lieu contre l'héritier de celui qui a fait l'ouvrage, Labeon a pensé qu'il ne devoit être donné contre cet héritier qu'autant qu'il auroit tiré quelque profit de la continuation du nouvel œuvre, ou qu'il auroit pu en profiter s'il n'y avoit point eu de mauvaise foi de sa part. Quelques-uns pensent qu'on peut donner contre cet héritier et l'interdit dont il est ici question, et une action expositive du fait: ce qui est vrai.

9. Ensuite l'édit du præteur porte: «Lorsqu'on aura fait sur un lieu la sommation à l'effet de faire interrompre un nouvel œuvre, si le voisin donne caution, ou s'il ne tient qu'à l'autre de la recevoir, je défends qu'on use de voies de fait pour empêcher la continuation de l'ouvrage.»

10. Cet interdit est prohibitoire, il défend qu'on empêche celui qui aura donné caution de continuer son ouvrage: car l'ornement de la ville demande qu'on n'abandonne pas les ouvrages commencés.

11. Peu importe que celui qui bâtit ait droit ou non; parce que celui qui a fait la sommation a des sûretés suffisantes dès qu'on lui a donné caution.

12. Celui qui a donné la caution jouit du bénéfice de cet interdit.

13. Le præteur ajoute, ou s'il ne tient qu'au voisin de la recevoir. Ainsi si le voisin qui bâtit n'offre point la caution par répondant, mais une simple promesse d'indemniser, il ne jouira pas du bénéfice de l'interdit. Car on n'a pas dû permettre à quelqu'un de bâtir dans un endroit avant qu'on sache de quel droit il le fait.

14. Si le voisin a donné une caution, mais que l'opposant ne continue pas d'avoir ses sûretés, le bénéfice de l'interdit cesse.

15. Si l'opposant a été pendant un temps la cause que la caution n'a pas été donnée, et qu'à présent il ne tienne plus à lui de la recevoir, le voisin qui bâtit ne peut plus jouir du bénéfice de l'interdit.

16. Cet interdit est perpétuel, il passe aux héritiers et autres successeurs.

21. *Le même au liv. 80 sur l'Édit.*

La caution a lieu en matière de sommation d'un nouvel œuvre, quand le voisin soutient qu'il a droit d'empêcher dès le commencement son voisin de construire un nouvel œuvre.

1. Si on veut continuer impunément sa construction après la sommation d'interrompre, on doit offrir la caution à celui qui a fait la sommation. Par ce moyen chacun trouve son avantage : celui qui a fait la sommation, parce qu'on lui donne caution de démolir l'ouvrage; celui à qui la sommation est faite, parce que sa construction n'est pas interrompue. Car s'il bâtit avant d'avoir donné cette caution, il est obligé de démolir tout ce qu'il aura bâti, et on peut se pourvoir contre lui à cet égard par la voie de l'interdit restitutoire proposé par le prêteur.

2. Cette stipulation est conditionnelle, elle ne donne action qu'après que le jugement est prononcé, à moins qu'avant le jugement il ne soit survenu quelque nouvelle cause, et que celui qui bâtit ne veuille point défendre; on met aussi à la fin de cette stipulation la clause du dol.

3. On entend par un ouvrage achevé non pas celui qui n'a encore qu'un ou deux lits de pierres, mais celui qui a l'air et la forme d'un ouvrage.

4. Soit qu'il soit intervenu un jugement, soit que celui qui a donné la caution ne se présente pas pour défendre, la stipulation est exécutoire, et l'ouvrage doit être remis en son premier état à dire d'experts. Si l'ouvrage n'est pas remis en son premier état, celui qui l'a fait sera condamné en une somme proportionnée aux dommages et intérêts du demandeur, s'il le juge à propos.

§. 14. Et si satisdatum sit, cautum tamen non perseveret, interdictum cessat.

§. 15. Si aliquando stetit per nunciatorem, quò minus satisdatur, nunc non stat : interdictum cessat.

§. 16. Hoc interdictum etiam post annum, et heredi cæterisque successoribus De tempore, Desuccessoribus competit.

21. *Idem lib. 80 ad Edictum.*

Stipulatio de operis novi nunciacione interponi solet, quotiens vicinus dicit, jus sibi esse prohibere vicinum opus novum invito se facere. Quo casu cavetur.

§. 1. Si quis autem vult post opus novum nunciatum impunè ædificare, offerre debet satis nunciatori. Quòd si fecerit, utrique consultum est, tam ei qui nunciavit, quoniam cautum habet de opere restituendo : quàm ei cui nunciatum est, quia molitio ejus non impeditur. Antequam enim caveat, quidquid ædificaverit, interdicto restitutorio destruere compellitur. De effectu satisfactionis.

§. 2. Habet autem ista stipulatio conditionem, ut ita demum committatur, si judicatum fuerit, sive ante rem judicatam causa quæ acciderit, neque res defendatur : et de dolo malo subjicitur clausula. Quibus casibus committitur.

§. 3. Opus autem factum accipimus, non si unum, vel alterum cæmentum fuit impositum : sed si proponatur instar quoddam operis, et quasi facies quædam facta operis. Opus factum quomodo accipitur.

§. 4. Sive autem res judicetur, sive res non defendatur : stipulatio in id committitur, ut res viri boni arbitrato restituatur. Quòd si ita restitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, si hoc petitori placuerit. In quid stipulatio committitur.

De pluribus
aëdificantibus,

§. 5. Quæsitum est, si plures domini aëdificent, an omnes cavere debeant? Et ait Labeo, unum cavere debere: quia restitutio operis fieri pro parte non possit.

Vel nuncian-
tibus.

§. 6. Idem ait, etsi plures nuncient, curandum esse, ut uni caveatur, si inter eos conveniat. Planè si non conveniat, et singulis erit cavendum.

§. 7. Idem dicit, adjiciendum esse in stipulatione, ut tantum præstetur, quanti uniuscujusque intersit, si hoc maluerint. Cæterum si ita fuerit, inquit, cautum, *quanti ea res erit*: dubitabitur, utrum ad totius corporis æstimationem hæc verba referuntur, an verò ad quod ejus interest, qui stipulatur? Ego puto, et si sic fuerit uni cautum, *Quanti ea res erit*, defendi posse, stipulationem sufficere: ad operis enim quantitatem ea refertur.

22. *Marcellus lib. 15 Digestorum.*

De herede æ-
dificatoris.

Cui opus novum nunciatum est, ante remissam nunciationem opere facto decessit. Debet heres ejus patientiam destruendi operis adversario præstare: nam et in restituendo hujusmodi opere, ejus, qui contra edictum fecit, pœna versatur: porro autem in pœnam heres non succedit.

23. *Javolenus lib. 7 Epistolarum.*

Si venditori
nunciatum sit,
et emptor aëdifi-
caverit.

Is cui opus novum nunciatum erat, vendidit prædium, emptor aëdificavit: emptorem, an venditorem teneri putas, quòd adversus edictum factum sit? Respondit: Cum operis novi nunciatio facta est: si quid aëdificatum est, emptor, id est, dominus prædiorum tenetur: quia nunciatio operis non personæ fit: et is demum obligatus est, qui eum locum possidet, in quem opus novum nuncia-

5. On a demandé si, dans le cas où la construction seroit faite par plusieurs propriétaires, tous devroient donner la caution? Labéon pense qu'il suffit qu'un seul donne la caution, attendu que la démolition de l'ouvrage ne pouvant pas se faire en partie, tous les propriétaires souffriront si la stipulation devient exécutoire.

6. Le même jurisconsulte pense que si plusieurs propriétaires font la sommation, on doit avoir soin de faire donner la caution à un seul d'entre eux s'ils en conviennent; s'ils n'en conviennent pas, il faudra donner la caution à chacun d'eux.

7. Il ajoute encore que dans ce cas si ceux qui ont fait la sommation le veulent, on mettra dans la stipulation qu'on se soumet à payer les dommages et intérêts de chacun. Au lieu, continue-t-il, que si on se contentoit de mettre qu'on paiera les dommages et intérêts, il y auroit de la difficulté à savoir si ces paroles seroient relatives aux intérêts de tous les propriétaires, ou seulement à ceux de celui qui auroit fait la stipulation. Pour moi, je pense que si la stipulation porte qu'on paiera les dommages et intérêts, on peut soutenir qu'elle suffit pour tous, parce qu'elle est relative à tous les dommages et intérêts résultans de l'ouvrage dont il s'agit.

22. *Marcellus au liv. 15 du Digeste.*

Un particulier à qui on a fait la sommation d'interrompre un nouvel œuvre est mort avant d'en avoir obtenu main-levée. Son héritier doit souffrir que la partie adverse démolisse l'ouvrage qui a été continué. La peine qui a lieu en ce cas regarde celui qui est contrevenu à l'édit du préteur. Or l'héritier ne succède jamais à la peine.

23. *Javolénus au liv. 7 des Lettres.*

Un particulier à qui on a fait la sommation d'interrompre un nouvel œuvre a vendu son fonds; l'acheteur a continué de bâtir. Pensez-vous que ce soit l'acheteur ou le vendeur qui doit souffrir la peine de la contravention faite à l'édit du préteur? Je réponds: Si après la sommation d'interrompre le nouvel œuvre est continué, l'acheteur qui est propriétaire du fonds est obligé; parce que cette sommation ne se fait pas à

la personne, et qu'on est obligé toutes les fois qu'on est en possession du lieu sur lequel se fait le nouvel œuvre.

TITRE II. DU DOMMAGE QU'ON APPRÉHENDÉ

PAR LE DÉFAUT

D'une maison voisine, de ses saillies et de ce qui est hors d'œuvre.

1. *Ulpien au liv. 1 sur l'Edit.*

Les instances en matière de dommage prochain veulent être terminées avec célérité, il seroit dangereux d'y souffrir aucun délai. C'est ce qui fait que le prêteur n'a pas jugé à propos de se réserver la connoissance de ces matières; mais il a cru, avec raison, devoir la déléguer aux magistrats municipaux, c'est-à-dire aux juges des lieux.

2. *Gaius au liv. 28 sur l'Edit provincial.*

Le dommage prochain est celui qui n'est pas encore arrivé, mais dont on appréhende l'événement.

3. *Paul au liv. 47 sur l'Edit.*

Les mots *damnum* et *damnatio* tirent leur étymologie de l'ademption et d'une espèce de diminution du patrimoine.

4. *Ulpien au liv. 1 sur l'Edit.*

Si le jour est fixé pour donner la caution, le prêteur ou le président pourra en connoissance de cause ou le prolonger ou en fixer un autre; et si on a besoin de faire à cet effet une information sur les lieux, on la renverra aux magistrats municipaux.

1. Si celui dont la chose menace ruine ne donne point caution dans le temps fixé par le prêteur, le voisin sera envoyé en possession de la chose; de la chose, dis je, en tout ou en partie, suivant qu'elle menacera ruine en tout ou en partie.

2. Celui qui refusera de recevoir le voisin envoyé en possession de sa chose, pourra-t-il y être forcé, et les magistrats municipaux pourront-ils lui prendre des gages pour le punir? Je ne le pense pas. Le voisin aura en ce cas contre lui une action expositive du fait: car cette même action auroit lieu si le voisin envoyé en possession par le prêteur n'étoit pas admis,

tum est.

TITULUS II. DE DAMNO INFECTO

ET

De suggrundis, et protectionibus.

1. *Ulpianus lib. 1 ad Edictum.*

CUM res damni infecti celeritatem considerat, et periculosa dilatio prætori videtur, si ex hac causa sibi jurisdictionem reservaret: ideò magistratibus municipalibus delegandum hoc rectè putabit.

De magistratibus municipalibus.

2. *Gaius lib. 28 ad Edictum provinciale.*

Damnum infectum est, damnum nondum factum, quod futurum veremur.

Definitio damni infecti.

3. *Paulus lib. 47 ad Edictum.*

Damnum et damnatio ab ademptione, et quasi deminutione patrimonii dicta sunt.

Etymologia damni, et damnationis.

4. *Ulpianus lib. 1 ad Edictum.*

Dies cautioni præstitutus si finietur, prætoris, vel præsidis officium erit, ex causa vel reum notare, vel protelare eum: et si hoc localem exigit inquisitionem, ad magistratus municipales hoc remittere.

De die prorogando, vel renovando.

§. 1. Si intra diem à prætore constituendum non caveatur, in possessionem ejus rei mittendus est. *Ejus rei* sic accipe, sive tota res sit, sive pars sit rei.

De missione in possessionem,

§. 2. An tamen is qui non admittit, etiam pignoribus à magistratibus coercetur? Non puto: sed in factum actione tenebitur: nam et si à prætore missus non admittatur, eadem actione utendum est.

Et de eo qui non admittit.

De officio prætoris vel præsidis, et magistratum municipalem.

§. 3. Duas ergo res magistratibus municipalibus prætor vel præses injunxit cautionem et possessionem : cætera suæ jurisdictioni reservavit.

§. 4. Si fortè dureretur non caveri : ut possidere liceat (quod causa cognita fieri solet), non duumviros, sed prætorem vel præsidem permissuros : item ut ex causa decedatur de possessione.

De denuncia-tione faciendâ ante missionem in possessionem.

§. 5. Prætor ait : *Dum ei qui aberit, priùs domum denuntiari jubeam*. Absesse autem videtur, et qui in jure non est : quod et Pomponius probat. Verecundè autem prætorem denuntiari jubere, non extrahi de domo sua. Sed domum, in quam degit, denuntiari, sic accipere debemus, ut etsi in aliena domo habitet, ibi ei denuntietur. Quòd si nec habitacionem habeat, ad ipsum prædium erit denuntiandum, vel procuratori ejus, vel certè inquilinis.

§. 6. Totiens autem prætorem exigere denuntiationem intelligendum est, si sit, cui denuntietur. Cæterùm si non sit, veluti quòd hereditaria insula est, necdum hereditas adita; vel si heres non existet, nec inhabitetur : cessat hæc pars edicti. Est tamen tutius, libellum ad ipsas aedes proponere : fieri enim potest, ut ita motus defensor existat.

De actione in magistratum, qui quid eorum, quæ superscripta sunt, non curavit.

§. 7. In eum, qui quid eorum, quæ supra scripta sunt, non curaverit, quanti ea res est, cujus damni inflecti nomine cautum non erit, judicium datur. Quod non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest, et ad utilitatem venit, non ad pœnam.

5. Ainsi le préteur ou le président charge les magistrats municipaux de deux choses, de faire donner caution et de donner la possession; il réserve le reste à sa jurisdiction.

4. Si on s'obstine à ne point donner caution, alors ce ne sera pas aux magistrats municipaux, mais au préteur ou au président à envoyer le voisin en possession : ce qui s'ordonne toujours en connoissance de cause. Ce sera aussi à eux à ordonner en connoissance de cause au voisin de quitter la possession.

5. L'édit du préteur porte : Si celui à qui la sommation doit être faite est absent, j'ordonne qu'elle soit faite à son domicile. On répute ici absent celui qui ne se présente pas en justice, comme le pense Pomponius. Le préteur veut que la sommation soit faite avec ménagement, et non pas que celui contre lequel on intente action à cet égard soit tiré avec violence de sa maison pour paroître devant le juge. Lorsqu'on dit que la dénonciation doit être faite dans la maison ou demeure de celui contre qui on veut agir, on doit entendre qu'elle doit être faite dans l'endroit où il habite, quand même il demeureroit dans la maison d'autrui. S'il n'a point de domicile, la dénonciation doit être faite au fonds même qui menace ruine, ou au procureur ou au locataire.

6. Le préteur exige que la dénonciation précède quand il se trouve quelqu'un à qui elle peut être faite. S'il ne se trouve personne à qui on puisse faire cette dénonciation, par exemple parce que la maison dépend d'une succession vacante et non encore acceptée, ou s'il n'y a pas d'héritier ni de locataire, cette disposition de l'édit ne peut plus avoir lieu. Il est cependant plus sûr en ce cas de faire la dénonciation par affiche appliquée sur la maison; car il peut arriver que de cette manière il se trouve quelqu'un pour défendre.

7. Si le juge inférieur a négligé d'observer ce que nous avons dit ci-dessus par rapport à l'exaction de la caution et à l'envoi en possession, le demandeur a contre lui une action qui a pour objet de le faire indemniser de ce qu'il souffre faute d'avoir reçu caution d'indemnité relativement au tort prochain qu'il appréhendoit. Cette ac-

tion n'a pas pour objet de lui faire donner la somme qu'il auroit tirée du voisin, mais seulement de le dédommager de l'intérêt qu'il avoit de recevoir caution. Enfin ce n'est pas une peine de la négligence du juge, c'est une réparation du tort que souffre la partie.

8. Mais l'action dont nous parlons ici, et qui a lieu contre le juge, n'est accordée que sous une condition, savoir si on a formé la demande devant le juge; car si on ne l'a pas formée, on ne peut point avoir d'action contre lui. La demande formée devant le juge doit s'entendre ici proprement de la requête présentée au juge dans son tribunal, et non ailleurs.

9. Si le lieu où devoit se former la demande est tellement près de Rome ou d'une autre grande ville, que le magistrat municipal différant de faire son devoir on ait pu aisément s'adresser au préteur ou au président, l'action accordée contre le magistrat n'aura pas lieu, comme si la partie n'avoit aucun intérêt, puisqu'elle a pu se faire envoyer en possession par le préteur ou par le président.

10. Cette action est persécutoire de la chose, et par cette raison elle est perpétuelle, et passe pour et contre les héritiers.

5. *Paul au liv. 1 sur l'Edit.*

Il est du devoir du préteur de mettre la partie envoyée en possession en état de prescrire, lorsqu'elle aura possédé pendant un espace de temps suffisant.

1. S'il y a plusieurs copropriétaires qui doivent donner caution, et qu'un d'eux refuse de le faire, on enverra la partie en possession de sa portion. D'un autre côté s'il se présente plusieurs personnes qui demandent toutes qu'on leur donne caution, et que quelques-unes d'entre elles aient des maisons d'un grand prix, d'autres d'un moindre prix, ou si elles sont toutes propriétaires d'une même maison pour des portions différentes, elles seront toutes envoyées en possession également, et on n'aura point égard à la différence de leurs portions.

2. Si le maître de la nue propriété et l'usufruitier se présentent tous deux pour demander qu'on leur donne caution en matière de tort prochain, tous deux doivent

§. 8. Hoc autem judicium certam conditionem habet, si postulatum est: ceterum qui non postulavit, experiri non potest. Postulare autem proprie hoc dicimus, pro tribunali petere, non alibi.

§. 9. Si tam vicinum urbi municipium sit, ut magistratu se non interponente, potuerit prætor, vel præses adiri: potest dici, cessare hanc actionem adversus magistratus, quasi nihil intersit, cum in tua potestate fuerit à prætore vel præside desiderare in possessionem mitti.

§. 10. Hæc autem actio, cum rei habeat persecutionem, et heredi, et in heredem, et perpetuo dabitur.

5. *Paulus lib. 1 ad Edictum.*

Prætoris officium est, ut missus in possessionem, etiam eam per longi temporis spatium in suum dominium capere possit.

De dominio post missionem acquirendo.

§. 1. Si plures sint domini qui cavere debent, et aliquis non caveat: in portionem ejus mittetur. Et contra, si aliquot sint, qui caveri sibi desiderant, et alius pretiosiores, alius viliores habeat ædes: sive unius domus plures habeant dispartes: tamen non magnitudine domini quisque, sed æqualiter mittentur omnes in possessionem.

Si plures cavere debeant, aut caveri sibi desiderant.

§. 2. Si et dominus proprietatis, et fructuarius desideret sibi caveri damni infecti, uterque audiendus est: nec enim injuriam sentiet promissor, non plus cui-

De proprietario et fructuario.

que præstaturus, quàm quod ejus intersit.

6. *Gaius lib. 1 ad Edictum provinciale.*

De damno dato
non interposita
cautione.

Evenit nonnunquam, ut damno dato nulla nobis competat actio, non interposita antea cautione : veluti si vicini ædes ruinosæ in meas ædes ceciderint. Adeò ut plerisque placuerit, nec cogi quidem eum posse ut rudera tollat, si modò omnia, quæ jaceant, pro derelicto habeat.

7. *Ulpianus lib. 53 ad Edictum.*

Edictum. In-
terpretatio pri-
mæ partis.

Prætor ait : *Damni infecti suo nomine promitti, alieno satisfaci jubebo ei qui juraverit non calumniæ causa id se postulare, eumve cujus nomine aget, postulaturum fuisse in eam diem, quam causam cognita statuero. Si controversia erit, dominus sit necne, qui cavebit : sub exceptione satisfaci jubebo. De eo opere quod in flumine publico ripave ejus fiet, in annos decem satisfaci jubebo. Eum cui ita non cavebitur, in possessionem ejus rei, cujus nomine, ut caveatur, postulabitur, ire : et cum justa causa esse videbitur, etiam possidere jubebo. In eum qui neque cavent, neque in possessionem esse, neque possidere passus erit, judicium dabo : ut tantum præstet, quantum præstare eum oporteret, si de ea re ex decreto meo, ejusve cujus de ea re jurisdictio fuit, quæ mea est, cautum fuisset. Ejus rei nomine, in cujus possessionem misero, si ab eo qui in possessionem erit, damni infecti nomine non satisfacitur : eum cui non satisfacitur, simul in possessionem esse jubebo.*

être admis ; celui qui s'obligera envers eux ne peut pas se plaindre qu'ils lui fassent aucun tort, parce qu'il ne paiera à chacun d'eux que relativement à l'intérêt qu'ils peuvent avoir.

6. *Gaius au liv. 1 sur l'Edit provincial.*

Il arrive quelquefois que nous n'avons aucune action, quoique nous ayons véritablement souffert du tort, lorsque nous n'avons pas eu soin de nous faire donner caution : par exemple si la maison de mon voisin tombe sur la mienne. La plupart des jurisconsultes sont même d'avis que je ne peux seulement pas en ce cas le forcer à enlever les décombres à ses frais, s'il est dans l'intention d'abandonner tout.

7. *Ulpien au liv. 53 sur l'Edit.*

Voici ce que porte l'édit du préteur : « En matière de tort prochain, j'ordonnerai que ceux qui se présenteront en leur propre nom donnent caution par simple promesse, et ceux qui se présenteront au nom d'autrui par répondant, après que l'autre aura juré que ce n'est point dans l'esprit de vexer que lui ou celui au nom duquel il agit demande cette caution, et ce jusqu'au jour que je fixerai en connoissance de cause. S'il y a de la difficulté pour savoir si celui qui donne la caution est propriétaire ou non, j'ordonnerai qu'il donne par provision caution par répondant. Par rapport aux ouvrages construits sur un fleuve public ou sur sa rive, j'ordonnerai qu'on donne caution pendant dix ans et par répondant. J'ordonnerai aussi que celui à qui on refusera de donner cette caution soit envoyé en possession de la chose relativement à laquelle il l'aura demandée, pour en être établi gardien ; et même, quand je le jugerai à propos, je l'en rendrai véritable possesseur. Je donnerai action contre celui qui aura refusé de donner caution, ou de recevoir celui qui aura été envoyé en possession comme gardien ou comme possesseur, à l'effet de lui faire payer tout ce qu'il auroit dû payer si la caution eût été donnée en vertu de mon ordonnance ou de celle du juge qui prendra connoissance de cette matière qui appartient à ma juridiction. Si celui en possession de la chose duquel j'aurai envoyé la partie en qualité de gardien s'obstine à ne point donner caution, j'accorderai à celui à qui cette caution sera

refusée

refusée une véritable possession de la chose.»

1. Cet édit a pour objet le dommage qui n'est pas encore arrivé ; les autres actions se rapportent à un tort déjà fait : telle est l'action de la loi Aquilia et les autres. Notre édit n'a aucune disposition particulière par rapport au dommage déjà arrivé. Car si les animaux qui ont fait quelque dégât ne nous obligent pas au-delà de leur valeur, puisque nous pouvons les abandonner pour servir de réparation, il en doit être de même à plus forte raison par rapport au dommage survenu à l'occasion d'une chose inanimée qui nous appartient, sur-tout si on observe que les animaux qui ont causé du dégât continuent d'exister : au lieu qu'une maison qui a causé quelque dommage par sa chute n'existe plus.

2. C'est ce qui a donné lieu à la question suivante : une maison est tombée avant que la caution du tort prochain ait été donnée ; le propriétaire ne veut point faire enlever les décombres et les abandonne ; le voisin a-t-il quelque action contre lui ? Julien, consulté sur la question de savoir ce que devoit faire le voisin sur le fonds duquel une maison vicieuse étoit tombée avant de s'être fait donner la caution du tort prochain, et s'il pouvoit demander à son voisin la réparation du dommage qu'il lui avoit causé, a répondu que si le propriétaire de la maison qui est tombée vouloit enlever quelque partie des ruines, on ne le lui permettroit qu'autant qu'il offriroit d'enlever tout, même les choses inutiles ; et en ce cas il doit donner caution non-seulement par rapport au dommage qu'il pourra causer par la suite, mais encore par rapport à celui qui est déjà arrivé. Si le propriétaire de la maison qui est tombée n'enlève rien, on rendra un interdit au profit de celui sur le fonds duquel la maison sera tombée, en vertu duquel interdit le voisin sera obligé ou d'enlever toutes les ruines ou d'abandonner le tout.

8. *Gaius sur l'Edit du préteur urbain, au titre du dommage prochain.*

On peut cependant dire avec raison qu'on n'en agira ainsi avec le propriétaire de la maison tombée, qu'autant que son voisin n'aura pu se faire donner la caution du dommage prochain, à cause de quelq'empê-

Tome VI.

§. 1. Hoc edictum prospicit damno nondum facto : cum cæteræ actiones ad damna quæ contigerunt, sarcienda pertineant : ut in legis Aquiliæ actione, et aliis. De damno verò facto nihil hoc edicto cavetur. Cum enim animalia quæ noxam commiserunt, non ultra nos solent onerare, quàm ut noxæ ea dedamus : multò magis ea quæ anima carent, ultra nos non debent onerare, præsertim cum res quidem animales quæ damnum dederint, ipse extant : ædes autem, si ruina sua damnnum dederunt, desierint extare.

De damno facto vel infecto.

§. 2. Unde quæritur, si antequàm cavetur, ædes deciderunt, neque dominus rudera velit egerere, eaque derelinquat : an sit aliqua adversus eum actio ? Et Julianus consultus, si priusquàm damni infecti stipulatio interponeretur, ædes vitiosæ corruissent, quid facere deberet is in cujus ædes rudera decidissent, ut damnnum sarciretur : respondit, si dominus ædium quæ ruerunt, vellet tollere, non aliter permittendum, quàm ut omnia, id est, et quæ inutilia essent, auferret : nec solum de futuro, sed et de præterito damno cavere eum debere. Quòd si dominus ædium quæ deciderunt, nihil facit, interdictum reddendum ei in cujus ædes rudera decidissent, per quod vicinus compelletur, aut tollere, aut totas ædes pro derelicto habere.

Si antequàm cavetur, ædes deciderunt.

8. *Gaius ad Edictum prætoris urbani, titulo de damno infecto.*

Quod fortè tunc rectè dicitur, cum non ipsius negligentia, sed propter aliquod impedimentum sibi non prospexit.

9. *Ulpianus lib. 53 ad Edictum.*

Hoc amplius Julianus posse dici, compellendum eum, ut etiam de præterito damno caveret. Quod enim re integra custoditur, hoc non iniquè etiam post ruinam ædium præstabitur. Integra autem re unusquisque cogitur aut de damno infecto cavere, aut ædibus carere, quas non defendit. Denique, inquit, si quis propter angustias temporis, aut quia reipublicæ causa aberat, non potuerit damni infecti stipulari, non iniquè præteritum curaturum, ut dominus vitiosarum ædium aut damnum sarciat, aut ædibus careat. Sententiam Juliani utilitas comprobatur.

De importatis
vi fluminis.

§. 1. De his autem, quæ vi fluminis importata sunt, an interdictum dari possit, quæritur? Trebatius refert, cum Tiberis abundasset, et res multas multorum in aliena ædificia detulisset, interdictum à prætore datum, ne vis fieret dominis, quo minus sua tollerent, auferrent, si modò damni infecti repromitterent.

De crusta ex
fundo unius lapsa
in fundum alterius,
et de arboribus.

§. 2. Alfenus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum, eamque petas, dandum in te interdictum de damno jam facto. Idque Labeo probat: nam arbitrio judicis apud quem res prolapsæ petentur, damnum quod antè sensi, non contineri: nec aliter dandam actionem, quàm ut omnia tollantur, quæ sunt prolapsa. Ita demum autem crustam vindicari posse idem Alfenus ait, si non coaluerit, nec unitatem cum terra mea fecerit. Nec arbor potest vindicari à te, quæ translata in agrum meum cum terra mea coaluit. Sed nec ego potero tecum agere, *jus tibi non esse illi crustam habere*, si jam cum terra mea coaluit: quia mea facta est.

chement qui l'a arrêté, et non s'il y a eu de la négligence de sa part.

9. *Ulpian au liv. 53 sur l'Edit.*

Julien ajoute encore qu'on peut soutenir qu'en ce cas le propriétaire de la maison tombée devra donner caution relativement au dommage arrivé. En effet une caution qu'on peut demander les choses étant entières, on peut aussi la demander sans injustice après la chute de la maison. Or quand les choses sont entières, on est obligé ou de donner caution ou d'abandonner la maison qu'on ne veut pas défendre. Enfin, continue le même jurisconsulte, si un voisin n'a pas pu se faire donner caution du dommage prochain à cause du peu de temps qui lui restoit, ou parce qu'il étoit absent pour le service de l'état, le prêteur pourra avec justice interposer son autorité, à l'effet de forcer le propriétaire de la maison qui est tombée à réparer le dommage ou à abandonner sa maison. Le sentiment de Julien est très-judicieux.

1. Par rapport aux choses qui sont transportées par la violence d'un fleuve qui sort de son lit, on demande si on peut accorder un interdit? Trebatius rapporte que les eaux du Tibre étant grossies, et ayant entraîné les effets de plusieurs particuliers dans les maisons des autres, le prêteur avoit rendu un interdit portant défenses d'empêcher par voies de fait les maîtres de retirer ce qui étoit à eux, pourvu que de leur côté ils donnassent la caution du tort prochain.

2. Alfenus écrit aussi que, dans le cas où une portion de votre terre étant éboulée sur la mienne, vous viendriez à me la redemander, le prêteur me donneroit contre vous une action relativement au dommage que j'ai déjà senti. Labéon est du même avis: car le juge devant lequel on forme la demande de la portion de terre ainsi éboulée ne peut point statuer d'office sur le dommage qu'a déjà causé cet éboulement: la demande ne sera même écoutée qu'autant qu'on offrira d'ôter entièrement tout ce qui sera tombé sur l'autre fonds. Mais Alfenus ajoute que cette portion de terre éboulée ne pourra être revendiquée qu'autant qu'elle n'aura pas pris racine dans le fonds voisin, en sorte qu'elle fasse un seul et même corps avec lui. Vous ne pouvez pas revendiquer sur moi un arbre qui ayant été porté sur

mon terrain y a pris racine. Je ne peux point non plus intenter une action contre vous prétendant que vous ne devez pas souffrir votre portion de terre ainsi placée sur la mienne, si elle a déjà pris racine dans mon fonds, parce qu'elle m'appartient.

3. Nératius écrit que si votre bateau a été porté sur mon champ par la violence du fleuve, vous n'aurez la faculté de le retirer qu'autant que vous me donnerez caution de m'indemniser du tort que j'aurai souffert à cette occasion.

4. On a demandé si, dans le cas où le terrain seroit à un propriétaire et la superficie à un autre, celui à qui appartiendrait la superficie devoit donner la caution du dommage prochain par simple promesse ou par répondant? Julien a répondu que quand une maison bâtie sur le terrain d'autrui étoit vicieuse, le maître du terrain devoit donner caution par simple promesse, tant sur le vice du fonds que sur celui de la superficie, ou que le maître de la superficie devoit donner caution de l'un et l'autre vices par répondant; et qu'enfin si tous les deux refusoient de donner caution le voisin devoit être envoyé en possession.

5. Celse écrit avec raison, que si vous êtes propriétaire d'une maison dont l'usufruit appartient à Titia, vous devez donner la caution du dommage prochain par simple promesse, ou Titia par répondant. Si le voisin à qui la caution devoit être donnée a été envoyé en possession au refus de cette caution, il empêchera la jouissance de l'usufruitière. Le même jurisconsulte décide que le propriétaire doit empêcher la jouissance d'un usufruitier qui ne fait pas de réparations. Ainsi si l'usufruitier refuse de donner caution du dommage prochain, et que le propriétaire se trouve obligé de la donner, il empêchera la jouissance de l'usufruitier.

10. *Paul au liv. 48 sur l'Edit.*

Quand même l'usufruit seroit séparé de la propriété, Cassius dit que le propriétaire n'en seroit pas moins obligé à donner la caution du tort prochain. Si le propriétaire ne donne pas caution pour le tout par simple promesse, ou l'usufruitier par répondant, le voisin, à refus de caution, doit être envoyé en possession. Si l'usufruitier ne donne pas caution au propriétaire qui se sera en-

§. 3. Nératius autem scribit, si ratis in agrum meum vi fluminis delata sit, non aliter tibi potestatem tollendi faciendam, quam si de præterito quoque damno mihi cavisses.

De rate in agrum alterius delata.

§. 4. Quæsitum est, si solum sit alterius, superficies alterius, superficiarius utrum repromittere damni infecti, an satisfidare debeat? Et Julianus scribit, quotiens superficiaria insula viliosa est, dominum et de soli et de ædificii vitio repromittere, aut eum ad quem superficies pertinet, de utroque satisfidare: quòd si uterque cesset, vicinum in possessionem mittendum esse.

Si superficies;

§. 5. Celsus rectè scribit, si ædium tuarum ususfructus Titia est, damni infecti aut dominum repromittere, aut Titiam satisfidare debere. Quòd si in possessionem missus fuerit is cui damni infecti cavendum fuit, Titiam uti frui prohibebit. Idem ait, eum quoque fructuarium qui non reficit, à domino uti frui prohibendum. Ergo et si de damno infecto non cavet, dominusque compulsus est repromittere, prohiberi debet frui.

Vel ususfructus alienus sit.

10. *Paulus lib. 48 ad Edictum.*

Quamvis alienus ususfructus sit, dominum promittere oportere Cassius ait. Nisi proprietarius in totum repromittat, vel fructuarium satisfidat: mitti oportet in possessionem eum cui non caveatur. Sed nisi proprietario repromittenti fructuarium caveat, denegandam ei fructus petitionem Julianus scribit. Sed si fructuarium de soli vitio quid præstiterit, jus domini

ad eum transferri oportet.

11. *Ulpianus lib. 53 ad Edictum.*

De pignore. De re empti à non domino.

Quid de creditore dicemus, qui pignus accepit? Utrum repromittere, quia suum jus tuetur: an satisfacere, quia dominus non est, debet? Quæ species est in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pignoratitio damni infecti cavere debeat? Et ait Marcellus inutiliter ei cavere: idemque etiam de eo cavendum, qui à non domino emit: nam nec in hujus persona committi stipulationem. Æquissimum tamen puto huic prospiciendum, id est, creditori per stipulationem.

12. *Paulus lib. 48 ad Edictum.*

His qui pignori rem acceperunt, potior est is cui damni infecti non cavetur, si possidere, et per longum tempus rem capere ei permissum fuerit.

13. *Ulpianus lib. 53 ad Edictum.*

De eo qui dominium, vel aliud jus habet.

Qui bona fide à non domino emit, videndum est, nunquid repromittat, non etiam satisfacere? Quod quibusdam videtur. Habet autem rationem, ut magis repromittat, quam satisfacere: suo enim nomine id facit.

§. 1. Sive corporis dominus, sive is qui jus habet (utputa servitutum), de damno infecto caveat: puto eum repromittere debere, non satisfacere: quia suo nomine id facit, non alieno.

gagé par promesse envers le voisin, Julien écrit qu'on lui refusera toute action à l'effet de revendiquer son usufruit. Si l'usufruitier a été obligé de payer quelque chose relativement au vice du terrain, il entre dans les droits du propriétaire.

11. *Ulpian au liv. 53 sur l'Edit.*

Que faut-il décider par rapport à un créancier qui a reçu en gage une maison vicieuse? Si le voisin lui demande caution du dommage prochain, doit-il la lui donner par simple promesse, par la raison que par cette caution il conserve son droit sur cette maison; ou doit-il donner cette caution par répondant, par la raison qu'il n'est pas propriétaire? Cette question est traitée par Marcellus, mais dans un sens contraire: car il demande si on doit donner la caution du dommage prochain à un créancier qui a une maison en gage? Marcellus est d'avis qu'on ne doit pas lui donner caution. Il ajoute qu'il en est de même de celui qui auroit acquis une maison d'un particulier qui n'en étoit pas propriétaire; car il soutient que la stipulation n'auroit pas son effet vis-à-vis de ce dernier. Je crois cependant qu'il est très-équitable de faire donner en ce cas les sûretés au créancier par la voie de la caution fidéjusseur.

12. *Paul au liv. 48 sur l'Edit.*

Celui qui, sur le refus que lui a fait le voisin de lui donner caution, s'est fait envoyer en possession de la chose vicieuse, et qui a été autorisé par un second décret à pouvoir prescrire en vertu de sa possession, est préféré à ceux à qui cette même chose auroit été donnée en gage.

13. *Ulpian au liv. 53 sur l'Edit.*

Le possesseur de bonne foi qui tient la chose d'un non-propriétaire doit-il donner la caution dont il s'agit ici par simple promesse, ou par répondant? Quelques-uns penchent pour ce second sentiment. Il paroît cependant plus raisonnable de lui faire donner cette caution par simple promesse plutôt que par répondant; parce qu'enfin c'est en son propre nom qu'il la donne.

1. Je crois que la caution doit être donnée par simple promesse et non par répondant, lorsqu'elle est donnée par le propriétaire d'une chose corporelle ou par celui qui a un droit réel sur cette chose; parce que

c'est en son nom, et non au nom d'autrui qu'il donne cette caution.

2. Supposez qu'entre ma maison et la vôtre qui est vicieuse, il y ait une maison intermédiaire non vicieuse, examinons si c'est vous seul qui devez donner la caution, ou si elle doit être donnée seulement par le propriétaire de la maison intermédiaire, ou si je la puis exiger de tous les deux? Il est plus juste de décider que tous les deux doivent donner la caution, parce qu'il se peut faire que la maison vicieuse venant à tomber sur celle qui ne l'est pas, cette dernière me cause du dommage; quoiqu'on pourroit dire aussi que ce n'est pas par le vice de la maison intermédiaire, qu'on suppose bonne, que ce dommage est arrivé. Mais comme le propriétaire de cette maison intermédiaire a pu se procurer ses sûretés, en se faisant donner caution par le voisin relativement au dommage qu'on craignoit de la chute de sa maison; s'il ne l'a point fait, il doit se l'imputer à lui-même, et on aura droit de l'actionner.

5. Celui qui demande qu'on lui donne caution relativement à un dommage qu'on appréhende, doit avant tout prêter serment que ce n'est pas par esprit de chicane qu'il forme cette demande. Ainsi celui qui aura prêté ce serment sera admis à demander une stipulation à son profit. On n'examinera pas s'il a intérêt ou non, s'il a une maison voisine ou s'il n'en a pas: c'est au préteur à décider à qui la caution doit être donnée, à qui on peut la refuser.

4. Au surplus le propriétaire n'est jamais obligé de donner cette caution à celui qui a un droit de promenade ou de lavoir sur son terrain, ou à celui qui loge en passant dans sa maison.

5. Labéon pense que le propriétaire de la maison vicieuse doit donner caution à ses voisins, à leurs locataires et à leurs femmes, même à ceux qui demeurent avec eux.

6. Mais on demande si le propriétaire de la maison vicieuse doit donner caution à ses propres locataires? Sabin est d'avis qu'il ne doit pas leur donner cette caution; car, ou dès le principe ils ont pris à loyer une maison vicieuse, auquel cas ils doivent s'en prendre à eux-mêmes; ou la maison s'est devenue vicieuse depuis la location, auquel cas ils

§. 2. *Cum inter ædes meas et tuas sint aliæ ædes non vitiosæ: videndum est utrum tu solus mihi cavere debeas, an verò et is cujus ædes vitiosæ non sunt, an illi solus, an ambo? Et magis est ut ambo cavere debeant: quia fieri potest, ut ædes vitiosæ in ædes non vitiosas incidentes damnum mihi dent: quamvis possit quis dicere, non vitio incolumium ædium hoc factum, si aliæ in eas incidentes damni causam præbuerunt. Sed si cum prospicere sibi poterit, damni infecti cautionem non prospexerit, meritò convenietur.*

Si inter ædes meas et vitiosas sint aliæ ædes non vitiosæ.

§. 3. *Qui damni infecti cavere sibi postulat, prius de calumnia jurare debet. Quisquis igitur juraverit de calumnia, admittitur ad stipulationem. Et non inquiretur, utrum intersit ejus, an non: vicinas ædes habeat, an non habeat. Totum tamen hoc jurisdictioni prætoris subijciendum, cui cavendum sit, cui non.*

De præjurando calumnia. Qui-bus cavendum est.

§. 4. *Cæterum neque ei qui in meo deambulet, neque ei qui in meo lavet, vel in mea taberna devertat, cavere debet.*

De eo qui deambulet vel lavet, vel devertat.

§. 5. *Vicinis planè, inquilinisque eorum, et inquilinorum uxoribus cavendum esse ait Labeo. Item his qui cum his morantur.*

De vicinis, et eorum inquilinis, et inquilinorum uxoribus, et his qui cum eis morantur.

§. 6. *De illo quæritur, an inquilinis suis dominus ædium cavere possit? Et Sabinus ait, inquilinis non esse cavendum: aut enim ab initio vitiosas ædes conduxerunt: et habent, quod sibi impudent: aut in vitium ædes inciderunt: et possunt ex conducto experiri. Quæ sententia verior est.*

De monumento.

§. 7. Si quis juxta monumentum ædificaverit, vel juxta ædificium suum monumentum fieri passus sit, de damno infecto ei postea cavendum non erit: quia rem illicitam admisit. Aliàs autem, si monumento ædificium noceat, in quo nihil sit quod imputari posset ei ad quem jus monumenti pertinet: cavendum est ei ad quem jus monumenti pertinet.

De superficiario et fructuario.

§. 8. Superficiarium et fructuarium damni infecti utiliter stipulari hodie constat.

De bonæ fidei emptore.

§. 9. Sed ei qui bona fide à non domino emit, damni infecti stipulationem non competere Marcellus ait.

De operis novi nunciacione. De actione negatoria. De interdicto, quod vi aut clam.

§. 10. Si quis opus novum nunciaverit, an nihilominus damni infecti ei caveri debeat, Julianus tractat: et magis probat, caveri oportere. Nam et ei qui egerit jus adversario non esse altius tollere ædificium, caveri debere. Item eum adversus quem interdictum quod vi aut clam competit, cavere debere Julianus ait: quia non est cautum, neque de vitio ædium, neque de damno operis.

Si ab eo qui in possessionem ædium, quæ sibi non cavebatur, missus fuit, cautio desideretur.

§. 11. Si quis, quia sibi non cavebatur, in possessionem ædium missus fuerit: deinde is cujus ædes fuerunt, cum præterea alias ædes haberet, desideret ab eo qui in possessionem missus est, ut sibi damni infecti harum ædium nomine, quarum in possessionem missus est, caveret: an sit audiendus, videamus? Et Julianus scribit, is qui vitiosis ædibus cesserit, si integras retinuerit, nunquid improbè ab eo qui vitiosas ædes cepit possidere, cautionem exigit, cum idè possessionem amiserit, quia et ipse damni infecti satis non dederat? Et sanè parum probè postulat ab eo caveri sibi earum

ont une action en vertu de leur bail. Ce sentiment est le plus juste.

7. Si quelqu'un bâtit auprès d'un monument, ou souffre qu'on élève un monument auprès de son bâtiment, on ne lui doit pas de caution par la suite, parce qu'il a fait une chose illicite. Dans tout autre cas, si un bâtiment nuit à un monument, sans que celui à qui le droit de monument appartient ait rien à s'imputer, il pourra demander qu'on lui donne caution.

8. Il est certain aujourd'hui que celui qui a un droit d'usufruit ou de superficie peut se faire donner utilement la caution dont il s'agit ici.

9. Marcellus est d'avis que le possesseur de bonne foi qui a acquis un fonds de celui qui n'en étoit pas propriétaire n'a pas droit d'exiger la caution dont nous parlons.

10. La question de savoir si celui qui a fait la sommation à l'effet de faire interrompre un nouvel œuvre, peut en outre exiger qu'on lui donne caution d'indemnité en cas d'accident, est traitée par Julien, et il est plus porté à croire qu'il faut encore la lui donner. En effet cette caution est due au voisin, quand même il auroit déjà intenté contre son adversaire une action afin de l'empêcher d'élever son édifice au-delà d'une certaine hauteur. Julien est aussi d'avis qu'on peut exiger cette caution de celui même contre lequel on pourroit tenter d'ailleurs l'interdit porté contre la clandestinité et la violence; parce que cet interdit ne donne pas lui-même de sûreté contre le tort qu'on craint de la ruine du bâtiment ou du vice des ouvrages.

11. Un particulier, sur le refus qu'a fait son voisin de lui donner caution, a été envoyé en possession de la maison. Ensuite ce même voisin, qui a d'autres maisons à côté de celle qui a donné lieu à la contestation, veut demander caution au premier relativement à la maison vicieuse dont il se trouve en possession. On demande s'il est en droit d'exiger cette caution? Julien écrit: Celui qui a déguerpi la maison vicieuse, et qui a retenu les autres qui étoient en bon état n'a-t-il pas mauvaise grâce de demander la caution à celui qui a été mis en possession de la maison vicieuse, puisqu'il n'en a lui-même perdu la possession qu'en punition

de son refus de donner cette caution? Et en effet il y a bien de l'injustice à lui à demander caution pour une maison pour laquelle il a lui-même refusé de la donner. Ce sentiment est juste.

12. Si quelqu'un, prêt à demander la caution, a prêté serment qu'il ne se présenteroit pas dans un esprit de chicane, et qu'ensuite il n'ait point stipulé la caution, doit-il, lorsqu'il se présentera de nouveau pour demander la même caution, prêter une seconde fois le même serment? Je pense qu'il le doit prêter une seconde fois; parce qu'il se peut que dans le principe il n'ait pas eu dans l'esprit de chicaner son voisin, et qu'il ait maintenant cette intention.

13. Si je demande au nom d'autrui la caution d'indemnité en cas d'accident, je dois jurer que celui au nom duquel je demande cette caution n'a point l'intention de vexer son adversaire.

14. Mais si je demande cette caution au nom d'un tiers, lequel ne seroit pas obligé de prêter ce serment s'il formoit lui-même la demande (par exemple au nom d'un patron, d'un père), on doit décider qu'il n'y aura pas lieu au serment: car celui qui stipule en son nom ne doit pas prêter serment sur un point sur lequel l'autre ne seroit pas obligé de le prêter lui-même.

15. Cette stipulation doit contenir un jour fixe, jusqu'à l'échéance duquel la caution aura lieu en cas qu'il arrive quelqu'accident; car celui qui s'oblige par la stipulation ne doit pas rester obligé à l'infini. Ainsi ce sera au prêteur lui-même à fixer le terme de la stipulation relativement aux circonstances de la cause et à la nature du danger qu'on appréhende.

14. *Paul au liv. 14 sur l'Edit.*

Dans l'examen que le prêteur fera à ce sujet, il aura égard à la distance des terrains et à l'élévation des ouvrages dont on craint la chute.

15. *Ulpian au liv. 53 sur l'Edit.*

Après l'expiration du terme fixé par la stipulation, on pourra être obligé de nouveau à donner caution si le prêteur le juge à propos.

1. Si la stipulation a été faite sans fixation de terme: ou c'est une convention particulière des parties auquel cas la stipulation produira son action en quelque temps

ædium nomine, quarum ipse cavere suspersedit. Quæ sententia vera est.

§. 12. Si quis stipulaturus juraverit, nec fuerit stipulatus: an postea ei stipulari volenti jurandum sit, videamus. Et puto iterum jurandum: quia possit fieri, ut aut tunc, aut modò calumnietur. De jurejurando calumniæ.

§. 13. Si alieno nomine caveri mihi damni infecti postulem: jurare debeo, non calumniæ causa id eum, cujus nomine cautum postulo fuisse postulaturum.

§. 14. Sed si ejus nomine postulem, qui si ipse postularet, jurare non compelleretur, veluti patronus vel parens: dicendum est locum juriurando non esse: de quo enim ille non juraret; nec qui vice ejus postulat, in hac stipulatione debet jurare.

§. 15. Huic stipulationi debet dies esse insertus: intra quem si quid damni contingerit, cautio locum habet: neque enim in infinitum obligatus esse debet stipulatione. Ipse igitur prætor diem dabit stipulationi, æstimatione habita ex causa, et ex qualitate ejus damni quod contingere speratur. De die intra quem cautio locum habet.

14. *Paulus lib. 14 ad Edictum.*

In causæ cognitione etiam longinquitas soli, et operis magnitudo spectanda est.

15. *Ulpianus lib. 53 ad Edictum.*

Si finita sit dies statuta in cautione, iterum arbitrato prætoris ex integro erit cavendum. Interpretatio secunde partis.

§. 1. Si verò sine adjectione diei stipulatio fuerit interposita: si quidem ex conventionem quandoque fuerit commissa, ex stipulatu agitur: si verò per errorem ma- Verba edicti. De constitutione cu tempore stipulationi præstituta.

gis est illud dicendum, finito die in quem alioquin caveri solet, desiderandum esse à prætorè, ut liberetur.

§. 2. Deinde ait prætor: *De eo opere, quod in flumine publico ripave ejus fiet, in annos decem satisfdari jubebo.* Hic exigitur satisfdatio, et tempus stipulationi præstitutum: idcirco quia in publico fit. Cùm autem in alieno fiat, satisfdationem prætor injungit.

De vitio loci vel operis.

§. 3. Notandum quòd non etiam de loci vitio, sed de operis tantùm cavetur: quamvis si in privato fiat, et de loci et de operis vitio cavetur. Sed cùm locus publicus sit, non erat necesse ibidem opus facienti de alio vitio quàm operis, satisfdare damni infecti.

De tempore intra quod stipulatio committitur.

Interpretatio verborum, de eo opere.

§. 4. Si quid igitur damni intra decem annos acciderit, id stipulatione continetur.

§. 5. Et quod ait prætor, *de eo opere*, sic accipe de eo damno quod ex opere fiet.

De via publica;

§. 6. Si quid in via publica fiat, quia in alieno fit, satisfdandum est.

Et cæteris locis publicis.

§. 7. Sed prætor causa cognita, tempus pro conditione operis determinabit.

§. 8. Sive autem quis muniat viam, sive quid aliud in via publica faciat, debet cautio locum habere, ne per hoc damno privati contingantur.

§. 9. De cæteris locis publicis nihil specialiter cavetur: verùm ex generali sermone, quasi in alieno fiat, satisfdari debet damni infecti.

De publico loco

§. 10. Si publicus locus publicè reficiatur

que le malheur arrive; ou c'est par erreur que les parties ont omis de fixer un terme, auquel cas il y a lieu de croire que celui qui s'est obligé peut demander au prêteur d'être libéré de son obligation après l'échéance du terme qu'on a coutume de fixer en pareil cas.

2. L'édit du prêteur porte encore cette disposition: Par rapport aux ouvrages qui seront faits sur un fleuve public ou sur ses rives, j'ordonnerai qu'on donne caution pour dix ans. La caution dont il s'agit ici est une caution par répondant, et le prêteur fixe un terme à l'obligation. La raison en est qu'il s'agit d'ouvrages faits sur un lieu public. Or, par rapport aux ouvrages faits sur le terrain d'autrui, la caution se donne toujours par répondant.

3. Il faut remarquer ici que la caution ne tombe pas sur le vice du terrain, mais seulement sur celui de l'ouvrage; au lieu que dans le cas d'une construction faite sur un terrain privé, la caution tombe et sur le vice du terrain et sur celui de la construction. Mais, comme le terrain dont il s'agit est public, il n'est pas nécessaire que celui qui y construit garantisse autre chose que le vice de sa construction.

4. Ainsi le dommage qui pourra arriver dans les dix ans est contenu dans cette stipulation.

aurait de l'injustice. Car où trouvera-t-on un édifice si solide qu'il puisse soutenir l'impétuosité d'un fleuve, de la mer, d'une tempête, de la ruine, d'un incendie ou d'un tremblement de terre ?

5. Le même Servius pense que si l'impétuosité d'un fleuve renverse une île, et qu'ensuite les bâtimens de celui qui a exigé la stipulation viennent à tomber, il ne pourra rien demander en vertu de sa stipulation, parce que cet événement ne peut être imputé ni au vice du terrain ni au vice de la construction. Mais si l'eau qui coule dessous un bâtiment en avoit miné les fondemens, et que par cette raison l'édifice eût écroulé, il pense que la stipulation auroit son effet. Car, selon lui, il y a bien de la différence entre un bâtiment qui, étant très-solide, a écroulé tout de suite par l'impétuosité d'un fleuve, et celui qui a été miné peu-à-peu, et qui ensuite est tombé. Labéon adopte aussi ce sentiment, et il dit à ce sujet que dans l'action de la loi Aquilia, il y a bien de la différence entre celui qui a tué un esclave plein de santé, et celui qui tue un esclave infirme.

6. Quoique la stipulation d'indemnité ait son effet lorsque le dommage est arrivé par le vice de la construction, cependant elle n'aura point d'effet si la construction a été faite par un tiers, sans que celui qui a donné la caution ait pu s'y opposer. Mais s'il avoit pu s'y opposer, la stipulation auroit son effet. Néanmoins, si l'ouvrage nuisible a été fait au nom de celui qui a donné la caution, ou au nom de celui pour qui la caution a été donnée, ou si cet ouvrage a été fait par un autre à qui on auroit pu s'opposer, la stipulation aura son effet.

7. Si la caution avoit été donnée à l'occasion d'un four, et que le dommage fût arrivé par la faute de celui qui tient ce four, plusieurs pensent que ce dommage ne seroit point compris dans la stipulation d'indemnité faite par le propriétaire.

8. Cassius écrit aussi que le dommage qui sera arrivé par un accident auquel on n'a eu aucun moyen de s'opposer ne sera pas compris dans la stipulation.

9. Vivien rapporte l'espèce suivante : Si les arbres qui sont sur le fonds de mon voisin, étant brisés par la force de la tem-

pête, tombent sur mon fonds, et par-là nuisent à mes vignes ou à mes moissons, la stipulation, dit-il, qui contient le dommage qui pourra arriver par le vice des arbres ou du terrain ne pourra servir de rien; parce que ce dommage ne peut pas être imputé au vice des arbres, mais à la force et à l'impétuosité des vents. Cependant si ce dommage étoit arrivé par la vétusté des arbres, on pourroit dire qu'il seroit arrivé par le vice des arbres.

10. Le même jurisconsulte pense que si je vous ai donné la caution d'indemnité à cause de ma maison, qu'ensuite ma maison tombe par la force de la tempête sur vos bâtimens et les détruit, vous ne pouvez rien exiger de moi en vertu de votre stipulation; parce que vous ne souffrez aucun tort relativement au mauvais état de ma maison; à moins que ma maison ne fût tellement mauvaise qu'elle dût tomber par le moindre mauvais temps. Tout cela est vrai.

11. Ce que dit Labéon est vrai aussi, qu'il faut bien distinguer si mon bâtiment tombe tout de suite par l'impétuosité d'un fleuve, ou s'il ne tombe qu'après avoir été miné insensiblement.

12. Examinons maintenant quand on doit dire que le dommage a été causé. Car notre stipulation contient le dommage causé par le vice d'une maison, du terrain, ou d'une nouvelle construction. Par exemple je creuse un puits dans mon terrain, et par-là je coupe les sources qui fournissoient de l'eau à votre puits, suis-je obligé en vertu de la stipulation d'indemnité que je vous ai donnée? Trébatius pense que je ne suis pas tenu, parce qu'il n'y a pas lieu de croire que je vous fasse aucun tort par le vice de la construction que je fais, lorsque j'use sur mon terrain d'un droit qui m'appartient. Cependant si je creusois si avant dans mon fonds que votre mur ne pût plus soutenir, la stipulation d'indemnité que je vous ai donnée auroit son effet.

25. *Paul au liv. 78 sur l'Édit.*

Trébatius pense que celui au jour duquel on nuit par une nouvelle construction reçoit du dommage.

26. *Ulpien au liv. 81 sur l'Édit.*

Proculus pense que quand quelqu'un fait

eoque facto vitibus meis vel segetibus nocent, vel ædificia demoliunt, stipulationem istam, in qua hæc comprehenduntur, si quid arborum locive vitio acciderit, non esse utilem: quia non arborum vitio, sed vi ventorum damnum mihi datum est? Planè si vetustate arborum hoc fiebat, possumus dicere, vitio arborum damnum mihi dari.

§. 10. Idem ait, si damni infecti ædium mearum nomine tibi promisero, deinde hæc ædes vi tempestatis in tua ædificia ceciderint, eaque diruerint, nihil ex ea stipulatione præstari: quia nullum damnum vitio mearum ædium tibi contingit: nisi fortè ita vitiosæ meæ ædes fuerint, ut qualibet vel minima tempestate rue- rint. Hæc omnia vera sunt.

§. 11. Sed et quod Labeo putat, verum est, referre, utrum impulsu fluminis ruit ædificium, an detèrius autè factum postea ceciderit.

De impulsu fluminis.

§. 12. Item videamus quando damnum dari videatur. Stipulatio enim hoc continet, quod vitio ædium, loci, operis, damnum fit. Utpotè in domo mea puteum apertio: quo aperto venæ putei tui præcisæ sunt: an teneat? Ait Trébatius, non teneri me damni infecti: neque enim existimari, operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua jure meo usus sum. Si tamen tam altè fodiam in meo, ut paries tuus stare non possit, damni infecti stipulatio committetur.

Quando damnum dari videatur De puteo aperto.

25. *Paulus lib. 78 ad Edictum.*

Trébatius ait etiam eum accipere damnum, cujus ædium luminibus officiat.

Si luminibus officiat.

26. *Ulpianus lib. 81 ad Edictum.*

Proculus ait, cum quis jure quid in

De eo qui jure quid in suo facit.

suo faceret, quamvis promisisset damni infecti vicino, non tamen eum teneri ea stipulatione : veluti si juxta mea ædificia habeas ædificia, eaque jure tuo altiùs tollas ; aut si in vicino tuo agro cuniculo vel fossa aquam meam abducas. Quamvis enim et hic aquam mihi abducas, et illic luminibus officias, tamen ex ea stipulatione actionem mihi non competere : scilicet quia non debeat videri is damnum facere, qui eo veluti lucro quo adhuc utebatur, prohibetur : multumque interesse utrum damnum quis faciat, an lucro quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. Mihi videtur vera esse Proculi sententia.

27. *Paulus lib. 78 ad Edictum.*

De pluribus dominis.

Plures earundem ædium domini, singuli stipulari debent sine adjunctione partis : quia de suo quisque damno stipulatur. Quinimò pars adjecta partis partem faciet. Contra si plures domini sint vitiosarum ædium, pro sua quisque parte promittere debet, ne singuli insolidum obligentur.

28. *Ulpianus lib. 81 ad Edictum.*

Quid veniat in hanc stipulationem.

In hac stipulatione venit, quanti ea res erit. Et idè Cassius scribit, eum qui damni infecti stipulatus est, si propter metum ruinæ ea ædificia, quorum nomine sibi cavit, fulsit : impensas ejus rei ex stipulatu consequi posse. Idemque juris esse, cum propter vitium communis parietis, qui cavit sibi damni infecti onerum eorum relevandorum gratia, quæ in parietem incumbunt, ædificia sua fulsit. In eadem causa est detrimentum quoque propter emigrationem inquilinorum, quod ex justo metu factum est. Aristo autem non malè adjicit, sicuti hic exigit Cassius, ut si jus-

sur son terrain une construction qu'il a droit d'y faire, il n'est obligé à rien envers lui, quoiqu'il lui ait donné la caution d'indemnité : par exemple, si vous avez des bâtimens auprès des miens, et que vous jugiez à propos de les élever suivant le droit que vous en avez, ou si ayant un champ voisin du mien, vous y faites un tuyau ou une fosse pour détourner l'eau de mon champ au profit du vôtre. Car, quoique dans le second cas vous détourniez mon eau, et que dans le premier vous nuisiez à mon jour, cependant je ne peux pas vous actionner en vertu de la stipulation d'indemnité que vous m'avez donnée ; parce qu'on ne doit pas regarder comme causant du dommage celui qu'on voudroit empêcher d'user d'un droit qui lui a toujours appartenu ; et il y a bien de la différence entre celui qu'on veut empêcher de causer du dommage et celui qu'on veut empêcher d'user d'un droit qui lui appartient. Ce sentiment de Proculus me paroît juste.

27. *Paul au liv. 78 sur l'Edit.*

Plusieurs copropriétaires d'une maison doivent demander chacun la caution d'indemnité, sans faire mention de leurs portions dans la propriété ; parce que chacun d'eux, dans la stipulation, a en vue le tort qui pourra lui arriver. Il y a plus, si on ajoutoit le mot de portion, il sembleroit que chacun ne stipuleroit que pour moitié. Mais au contraire s'il y a plusieurs propriétaires de la maison vicieuse, chacun doit donner caution pour sa portion dans la propriété, de peur qu'autrement ils ne soient obligés chacun pour le tout.

28. *Ulpien au liv. 81 sur l'Edit.*

Cette stipulation comprend ce à quoi peuvent monter les intérêts de celui qui l'exige. C'est ce qui fait dire à Cassius que celui qui s'est fait donner la caution d'indemnité, et qui a fait soutenir et étayer les bâtimens par rapport auxquels il a demandé cette caution dans la crainte de la chute de la maison voisine, peut, en vertu de l'action qui naît de la stipulation, se faire indemniser des dépenses qu'il a faites ; et qu'il en est de même à l'égard de celui qui ayant demandé la caution d'indemnité à l'occasion d'un mur commun, a fait soutenir ses bâtimens pour soulager la charge qui tomboit

sur

sur le mur commun. Il faut ranger dans la même classe le dommage que souffrent les locataires qui sont obligés de sortir dans la juste crainte de l'accident. Ariston a ajouté avec raison que de même qu'il falloit, par rapport aux locataires qui sont sortis, de justes raisons de crainte, Cassius auroit dû dire aussi à l'égard de celui qui a fait étayer sa maison, qu'il falloit qu'il y eût été forcé par des raisons d'une juste crainte.

29. *Gaius au liv. 28 sur l'Édit provincial.*

Il faudra dire la même chose si on n'a trouvé personne qui ait voulu prendre la maison à loyer à cause des ruines de la maison voisine.

30. *Ulpian au liv. 81 sur l'Édit.*

Je puis encore stipuler la caution d'indemnité relativement à un ouvrage que mon voisin fait sur mon fonds pour conduire l'eau dans le sien. Car on peut faire des constructions sur le terrain d'autrui : c'est ainsi que celui qui a un droit de servitude sur le fonds d'un autre peut y faire des ouvrages nécessaires à sa servitude.

1. Mais celui qui fait la construction doit-il en ce cas donner caution par simple promesse ou par répondant? La difficulté consiste en ce qu'il travaille sur le terrain d'autrui : or celui qui donne caution relativement à un ouvrage fait sur son fonds, doit donner caution par simple promesse ; mais quand il la donne relativement à un ouvrage qu'il fait sur le terrain d'autrui, il doit la donner par répondant. C'est ce qui a fait dire à Labéon que celui qui fait sur le fonds de son voisin une construction de canaux ou de ruisseaux, doit donner caution par répondant, comme travaillant sur le terrain d'autrui. Mais comme on exige la stipulation relativement au vice de la construction, on doit se contenter d'une caution par simple promesse ; parce que celui qui donne cette caution se rend garant d'une chose qui lui appartient en quelque sorte.

2. Ce qu'on vient de dire par rapport à l'aqueduc n'est que par forme d'exemple. Il faut étendre la stipulation dont il s'agit à toute autre espèce d'ouvrages.

31. *Paul au liv. 78 sur l'Édit.*

Ceux qui réparent la voie publique doivent la faire sans préjudicier à leurs voisins.

Tome VI.

tus metus migrandi causam præbuerit: ita in ejus personam, qui fuisit, eadem Cassium dicere debuisse, si justo metu ruinæ fulcire coactus est.

29. *Gaius lib. 28 ad Edictum provinciale.*

Sed et si conducere hospitium nemo velit propter vitium ædium, idem erit dicendum.

30. *Ulpianus lib. 81 ad Edictum.*

Damni infecti stipulatio pertinet, etiam si quid ejus operis, quod fit in fundo meo aquæ ducendæ causa, vitio damnum mihi contigerit. Solet enim opus in alieno fieri, cum jure servitutis, quam quis habet alieno agro impositam, opus in alieno faciat.

De servitute.

§. 1. Utrum autem de hoc opere promittere, an satisfacere debeat, videamus? Movet, quod in alieno facit: qui autem de alieno cavet, satisfacere debet: qui de suo, repromittere. Unde Labeo putabat, eum, qui modulorum aut rivi faciendi causa opus faceret, etiam satisfacere debere: quia in alieno solo faceret. Sed cum de opere quod faciet, exigatur stipulatio: consequens erit dicere, sufficere repromissionem: quodammodo enim de re sua cavet.

§. 2. Quod dictum est aquæ ducendæ causa, exempli gratia scriptum est. Cæterum ad omnia opera stipulatio accommodabitur.

31. *Paulus lib. 78 ad Edictum.*

Qui vias publicas muniunt, sine damno vicinorum id facere debent.

De his qui vias publicas muniunt.

Si controversia sit, dominus sit, necne, à quo cautio exigitur.

§. 1. Si controversia sit, dominus sit necne is à quo cautio exigitur, sub exceptione satisfacere jubetur.

De ædibus communibus. Si alia actione damnum sarciri possit.

32. *Gaius lib. 28 ad Edictum provinciale.*
Si ædibus meis proximæ sint ædes meæ et tuæ : quæritur an si hæc vitium mihi faciant, cavere mihi debeas pro damno propriarum mearum ædium ; scilicet pro qua parte dominus existes ? Et hoc plerisque placet. Sed movet me, quòd ipse meas ædes reficere possim, et impensas pro socio aut communi dividendo iudicio pro parte consequi. Nam et si unas ædes communes tecum habui, eæque vitium faciant, et circa refectionem earum cessare videaris, nostri præceptores negant cavere te debere ; quia ipse reficere possim, recepturus pro parte quod impenderit, iudicio societatis aut communi dividendo : idè et interpositam cautionem minùs utilem futuram ; quia alia ratione damnum mihi posset sarciri. Et est planè nostrorum præceptorum hæc sententia, ut credamus inutilem esse damni infecti stipulationem, quo casu damnum alia actione sarciri possit : quod et in superiore casu intelligendum est.

33. *Ulpianus lib. 42 ad Sabinum.*

De inquilino.

Inquilino non datur damni infecti actio : quia possit ex conducto agere, si dominus eum migrare prohiberet.

34. *Paulus lib. 10 ad Sabinum.*

Utique si pro præterita pensione satisfacere paratus fuit. Alioquin justa retentio pignoris domino fieri videretur. Sed etsi quasi pignora retinuerit, et ea interierint ruina vicinarum ædium : potest dici etiam pignoratitia actione locatorem teneri, si poterat eas res in locum tutio-

1. S'il est incertain si celui de qui on exige caution est propriétaire ou non, il doit donner caution par répondant avec réserve de ses droits.

32. *Gaius au liv. 28 sur l'Edit provincial.*

J'ai une maison commune avec vous à côté d'une maison qui appartient à moi seul. On demande si, dans le cas où la maison qui nous est commune menacerait de me faire dommage, vous êtes obligé de me donner caution proportionnellement à la part de propriété que vous avez dans la maison commune. C'est l'avis du plus grand nombre des jurisconsultes. Mais ce qui me fait quelque difficulté, c'est que je suis le maître de faire moi-même les réparations nécessaires à la maison commune, et que j'ai le droit de répéter en partie les dépenses que j'aurai faites par l'action de la société ou par l'action en division d'une chose commune. Car si nous n'avions ensemble qu'une seule maison commune qui fût vicieuse, et que vous fussiez en demeure pour les réparations, nos maîtres soutiennent que je ne pourrais pas vous forcer à donner caution, par la raison que je peux la réparer moi-même et répéter sur vous mes dépenses en partie par l'action qui vient de la société ou par l'action en division d'une chose commune. Par conséquent la stipulation de la caution sera inutile en ce cas, parce que j'ai un autre moyen de me faire indemniser du dommage que je souffre. Et c'est un principe incontestable que nous ont laissé nos maîtres, que la stipulation d'indemnité est inutile quand on a un autre moyen de se faire indemniser : comme il arrive dans l'espèce proposée ci-dessus.

33. *Ulpien au liv. 42 sur Sabin.*

Le locataire n'a pas vis-à-vis de son propriétaire le droit d'exiger la caution d'indemnité, parce qu'il a l'action qui naît de son bail, dans le cas où le propriétaire l'empêcherait de sortir.

34. *Paul au liv. 10 sur Sabin.*

Pourvu toutefois qu'il offre de payer les termes échus. Car le propriétaire est en droit de retenir ses effets pour lui tenir lieu de gages. Mais dans le cas où le propriétaire aurait retenu ces effets par forme de gages, et qu'ils seroient venus à périr par la chute de la maison voisine, on peut dire que le

locataire auroit contre son propriétaire l'action pignérative si celui-ci a pu mettre ces effets dans un lieu plus sûr.

35. *Ulpian au liv. 42 sur Sabin.*

Lorsqu'il s'agit de la démolition d'un mur commun, pour savoir s'il y a dommage ou non, il faut examiner s'il étoit capable ou non de porter les charges qui doivent être imposées dessus.

36. *Paul au liv. 10 sur Sabin.*

Mais les jurisconsultes décident qu'un mur commun n'est bon qu'autant qu'il peut recevoir les poutres des deux maisons qu'on a droit d'appuyer dessus.

37. *Ulpian au liv. 42 sur Sabin.*

Si le mur commun n'étoit pas en état de porter la charge des deux maisons on a été dans la nécessité de le démolir. Et celui qui l'a démolé ne doit point être responsable du dommage que cette démolition a pu causer; à moins qu'il n'ait construit un nouveau mur avec plus de dépense qu'il ne falloit, ou que le nouveau mur ne soit pas jugé bon. Mais si le mur commun qui a été démolé étoit bon, le demandeur, en vertu de l'action qui vient de la stipulation d'indemnité, demandera l'intérêt qu'il avoit que ce mur fût conservé. Et cela est juste: car si le mur commun ne devoit pas être démolé, celui qui l'a fait démolir doit le rétablir à ses frais. Par une conséquence nécessaire, Sabin a voulu qu'on rendit en ce cas au demandeur les revenus qu'il a perdus à l'occasion de cette démolition. Par exemple si les locataires sont sortis ou n'ont pas été logés aussi commodément, ce sera celui qui aura démolé le mur ancien qui en sera tenu.

38. *Paul au liv. 10 sur Sabin.*

Ce qui fait que l'acheteur d'une maison ne peut pas avant la tradition stipuler du voisin l'indemnité en cas d'accident, c'est que son vendeur est obligé envers lui à tout ce qui concerne la garde exacte de la chose. Car il n'y a pas de doute que l'acheteur pourroit stipuler utilement cette caution dans les cas où il n'y auroit aucune faute de la part du vendeur à ne la pas demander: par exemple s'il a permis à l'acheteur de rester dans cette maison à titre précaire, et que devant s'absenter il lui en ait remis la garde.

rem transfère.

35. *Ulpianus lib. 42 ad Sabinum.*

In parietis communis demolitione ea quæri oportet, satis aptus fuerit oneribus ferendis, an non fuerit aptus.

De pariete communi demolendo.

36. *Paulus lib. 10 ad Sabinum.*

Sed ita idoneum esse plerique dixerunt, ut utrarumque ædium onera, quæ modò jure imponantur, communis paries sustinere possit.

37. *Ulpianus lib. 42 ad Sabinum.*

Nam si non fuit idoneus, utique demoliri eum oportuit. Nec debet, si quid damni ex hac causa attigit, is qui demolitus est, teneri: nisi sumptuosus, aut parum bonus novus paries sit restitutus. Quòd si fuerit idoneus paries qui demolitus est, in actionem damni infecti venit id quanti interfuit actoris, eum parietem stare. Meritò: nam si non debuit demoliri, restituere eum debet proprio sumptu. Sed et si quis redditus ob demolitionem amissus est, consequenter restitui eum Sabinus voluit. Si fortè habitatores migraverunt, aut non tam commodè habitare possunt: imputari id ædificatori potest.

38. *Paulus lib. 10 ad Sabinum.*

Emptor ædium ante traditam sibi possessionem ideò inutiliter stipulatur, quia venditor omnem diligentiam ei præstare debet. Tunc certè utiliter stipulatur, cum omnis culpa à venditore aberit: veluti si precario emptori in his ædibus esse permisit, custodiamque ei abfuturus tradidit.

De emptore et venditore.

utile aussi au maître du sol, dans le cas où il recevrait du dommage à cause de son sol, par exemple si toute la maison qui est bâtie dessus venoit à tomber par cet accident : car alors le maître du sol souffrirait du dommage, parce qu'il ne tirerait plus de revenu de celui qui avoit le droit de superficie.

3. On peut demander la caution au nom d'autrui, en stipulant l'indemnité du dommage qui pourroit arriver au maître au nom duquel on stipule. Mais celui qui exige cette caution au nom d'autrui doit donner caution que le maître ratifiera sa demande, et il faut insérer dans la stipulation l'exception (supposez que le demandeur soit véritablement procureur), comme on le fait dans la stipulation où on exige caution pour la sûreté des legs. Si on refuse de donner la caution, le procureur doit être absolument envoyé en possession, sans que l'exception fondée sur l'invalidité ou la fausseté de sa procuration puisse lui nuire.

4. Quand il s'agit d'estimer un nouveau mur, on doit avoir égard aux dépenses raisonnables qu'il a fallu faire; et par rapport à l'ancien on aura égard à la manière dont il étoit orné, pourvu que ces ornemens ne soient pas d'un prix qui devienne à charge.

40. *Ulpian au liv. 43 sur Sabin.*

En matière de caution donnée pour cause d'indemnité, il ne faut pas porter à perte de vue et à l'infini l'estimation des choses qui ont pu souffrir du dommage : par exemple, il ne faut point faire une estimation folle des peintures et autres ornemens qui étoient sur les murailles. Car, quoiqu'on ait fait à cet égard une dépense exorbitante, cependant quand il s'agira de la caution d'indemnité, on en fera une estimation modérée; parce qu'il faut observer dans ce cas une juste mesure, et ne pas trop accorder aux dépenses excessives que le luxe d'un particulier a causées.

1. Lorsque le dommage est arrivé par le vice d'un mur commun, le propriétaire n'est tenu à cet égard en rien envers le propriétaire voisin, parce que ce dommage vient à l'occasion d'une chose commune. Mais si ce dommage vient de ce qu'un des propriétaires a trop appuyé, ou fait soutenir trop de charges sur le mur commun, il faut,

ficies tolleretur : fraudabitur enim dominus soli in pensione percipienda.

§. 3. Alieno nomine stipulari ita licet, ut quod damnum domino datum sit, comprehendatur. Cavere autem debet qui stipulabitur, dominum ratam rem habiturum : exceptioque procuratoria stipulationi inserenda erit, sicut in stipulatione legatorum. Quòd si ei non cavebitur, mittendus est in possessionem procurator omnimodo, ut ei exceptio procuratoria non noceat. De procuratore.

§. 4. In æstimando novo pariete, ratio haberi debet ejus impensæ quæ modum probabilem non excedet; in vetere ejus cultus : non qui non adgravet. De æstimatione.

40. *Ulpianus lib. 43 ad Sabinum.*

Ex damni infecti stipulatione non oportet infinitam vel immoderatam æstimationem fieri, utputà ob tectoria, et ob picturas. Licet enim in hæc magna erogatio facta est, attamen ex damni infecti stipulatione moderatam æstimationem faciendam : quia honestus modus servandus est, non immoderata cujusque luxuria subsequenda.

§. 1. Quotiens communis parietis vitio quid accidit, socius socio nihil præstare debet : cum communis rei vitio contigerit. Quòd si quia alter eum presserat, vel oneraverat, idcirco damnum contigit : consequens est dicere, detrimentum hoc quod beneficio ejus contigit, ipsum sarcire debere. Quòd si æqualiter utriusque De pariete communi.

oneribus pressus decidit, reclusissimè Sabinus scripsit, pariatam utriusque causam esse. Sed si alter plures vel pretiosiores res amiserit : melius est dicere, quia ambo onera imposuerunt, neutri adversus alterum competere actionem.

De pluribus actoribus,

§. 2. Quotiens ex damni infecti plures agunt, quia in eadem re damnum passi sunt, id est, in ædibus: non debet unusquisque eorum insolidum agere, sed in partem experiri: neque enim damnum quod pluribus datum est, unicuique insolidum datum est, sed in partem datum esse videtur. Et idè unicuique in partem competere actionem Julianus scripsit.

Vel reisi

§. 3. Item si plurium sint ædes quæ damnosæ imminent, utrum adversus unumquemque dominorum insolidum competit, an in partem? Et scripsit Julianus, quod et Sabinus probat, pro dominicis partibus conveniri eos oportere.

De pluribus in possessionem mittendis.

§. 4. Si plures domini sint ædium, qui damni infecti sibi prospicere volunt, nec quisquam eis damni infecti caveat: mittendi omnes in possessionem erunt, et quidem æqualibus partibus, quamvis diversas portiones domini habuerint. Et ita Pomponius scribit.

41. Pomponius lib. 21 ad Sabinum.

De re communis reficienda.

In reficiendo communi pariete ei potius facultas ædificandi præstatur, qui magis idoneè reficere parietem velit. Idemque dicendum est, et si de eodem itinere rivoque reficiendo inter duos vel plures quæretur.

42. Julianus lib. 58 Digestorum.

De servo communi.

Si servus communis damni infecti stipulatus fuisset, perinde habetur, ac si ipsi domini sua voce pro partibus stipularentur.

par une conséquence nécessaire, qu'il répare lui seul ce dommage qui est arrivé par sa faute. Si le mur commun est tombé soutenant également les charges des deux maisons, Sabin a décidé avec raison que les deux propriétaires devoient souffrir ce dommage. Mais si l'un des deux avoit perdu plus d'effets, ou des effets plus précieux, il seroit encore plus convenable de décider qu'ayant tous deux imposé la même charge sur le mur commun, l'un d'eux n'a point d'action contre l'autre.

2. Quand plusieurs intentent l'action en vertu de la caution d'indemnité relativement au dommage qu'ils ont reçu sur une même chose, par exemple sur la même maison, chacun d'eux ne doit pas agir pour le tout, mais seulement en partie; parce que le dommage qui a été causé ne l'a pas été à chacun pour le tout, mais seulement en partie. Ce qui fait dire à Julien que chacun d'eux n'a action qu'en partie.

5. Réciproquement, si la maison qui menace ruine appartient à plusieurs propriétaires, a-t-on contre chacun d'eux l'action pour le tout, ou seulement en partie? Julien, que Sabin approuve aussi à cet égard, pense que chacun doit être actionné pour la part qu'il a dans la propriété.

4. Si plusieurs propriétaires d'une même maison demandent la caution d'indemnité, et qu'il ne se présente personne pour la leur donner, ils doivent être envoyés tous en possession, et même également, quoiqu'ils aient des portions différentes dans la propriété. C'est l'avis de Pomponius.

41. Pomponius au liv. 21 sur Sabin.

Lorsqu'il s'agit de rétablir un mur commun, on doit confier ce soin à celui des propriétaires qui offre de le rétablir de la manière la plus convenable. Il faut dire la même chose lorsque deux personnes ont un même chemin ou un même ruisseau à réfaire.

42. Julien au liv. 58 du Digeste.

Si un esclave commun a stipulé la caution d'indemnité, c'est la même chose que si les maîtres l'avoient stipulée eux-mêmes de vive voix chacun pour sa portion dans la propriété.

43. *Alfenus-Varus au liv. 2 du Digeste.*

Un particulier avoit donné à son voisin la caution d'indemnité en cas d'accident. Le vent a jeté des tuiles de son bâtiment qui sont tombées sur les tuiles du voisin et les ont cassées. On a demandé s'il devoit quelque chose à cet égard au voisin? J'ai répondu qu'il devoit l'indemniser si cet accident étoit arrivé à cause du vice et du mauvais état de son édifice; mais qu'il ne lui devoit rien si le vent avoit été tellement fort qu'il eût abattu les édifices mêmes les plus solides. Et que, quoiqu'il soit dit dans la stipulation, si quelque chose vient à tomber, ces termes ne devoient s'entendre que de ce qui tomberoit de soi-même, et non de ce qui seroit abattu par un vent considérable ou par toute autre force extérieure.

1. Un particulier voulant rebâti à neuf un mur commun, a donné à son voisin, avant de démolir l'ancien, caution d'indemnité en cas d'accident, et il a reçu de lui la même caution. L'ancien mur ayant été démoli, les locataires des appartemens voisins sont sortis: en conséquence le propriétaire voisin se propose de lui demander les loyers que les locataires ne lui ont pas payés. On a agité la question de savoir s'il étoit fondé dans cette demande? J'ai répondu que dans ce cas où le mur commun a été rebâti, les propriétaires n'ont pas dû se demander réciproquement caution, et qu'ils n'ont pu se forcer l'un l'autre à se la donner; mais qu'en supposant qu'ils se fussent donné cette caution, ils n'auroient entendu se la donner que chacun pour sa moitié, de même que chacun d'eux l'auroit donnée à un étranger s'il avoit voulu rebâti le mur commun. Cependant, comme dans l'espèce ils se sont donné caution pour le tout, le voisin sera obligé de réparer tout le dommage que son voisin aura souffert à cause de la perte de ses loyers.

2. Mais ce même voisin a demandé si, étant obligé dans ce cas à payer, il ne pourroit point redemander à son voisin ce qu'il lui auroit donné à cet égard, par la raison qu'il a tiré de lui une même caution d'indemnité, par laquelle son voisin lui a promis de lui rendre tout ce qu'il pourroit lui en coûter relativement à la perte qu'il souffriroit à l'occasion de ce nouveau bâtiment,

43. *Alfenus Varus lib. 2 Digestorum.*

Damni infecti quidam vicino repromiserat. Ex ejus ædificio tegulæ vento dejectæ ceciderant in vicini tegulas, easque fregerant. Quæsitum est, an aliquid præstari oportet? Respondit: si vitio ædificii et infirmitate factum esset, debere præstari; sed si tanta vis venti fuisset, ut quamvis firma ædificia convelleret, non debere. Et quod in stipulatione est, *sive quid ibi ruet*, non videri sibi ruere, quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinsecus admota caderet, sed quod ipsum per se concideret.

De vento, aut alia vi extrinsecus admota.

§. 1. Cùm parietem communem ædificare quis cum vicino vellet: priusquam veterem demoliret, damni infecti vicino repromisit, adeoque restipulatus est. Posteaquàm paries sublatus esset, habitatores ex vicinis cœnaculis emigrassent, vicinus ab eo mercedem, quam habitatores non redderent, petere vult. Quæsitum est an rectè petet? Respondit, non oportuisse eos, cùm communem parietem ædificarent, inter se repromittere: neque ullo modo alterum ab altero cogi potuisse: sed si maximè repromitterent, tamen non potuisse ampliùs quàm partis dimidiæ; quo ampliùs ne extrario quidem quisquam, cùm parietem communem ædificaret, repromittere deberet. Sed quoniam jam in totum repromisissent, omne quod detrimenti ex mercede vicinus fecisset, præstaturum.

De pariete communi.

§. 2. Idem consulebat, possetne, quod ob eam rem dedisset, rursus repetere: quoniam restipulatus esset à vicino, si quid ob eam rem, quòd ibi ædificatum esset, sibi damnum datum esset, id reddi: cùm et ipsam hanc pecuniam quam daret, propter illud opus perderet? Respondit non posse: propterea quia non operis vitio, sed ex stipulatione id amit-

teret.

Si ædes cor-
ruerunt prius-
quàm prætor
adiretur: aut in
possessionem
meam, eo ve-
nisset.

44. *Africanus lib. 9 Quæstionum.*

Cùm postulassem, ut mihi damni infecti promitteres, noluisti. Et priusquàm prætor adiretur, ædes tuæ corruerunt, et damnum mihi dederunt. Potius esse ait, ut nihil novi prætor constituere debeat, et mea culpa damnum sim passus, qui tardiùs experiri cœperim. At si cùm prætor, ut promitteres decrevisset, et te non promittente, ire me in possessionem jussisset, et priusquàm eò venissem, corruerunt: perinde omnia servanda esse existimavit, atque si posteaquàm in possessionem venissem, damnum datum esset.

De pignore.

§. 1. Damni infecti nomine in possessionem missus, possidendo dominium cepi. Deinde creditor eas ædes pignori sibi obligatas persequi vult. Non sine ratione dicetur, nisi impensas quas in refectionem fecerim, mihi præstare sit paratus, inhibendam adversus me persecutionem. Cur ergo non emptori quoque id tribuendum est, si fortè quis insulam pignoratam emerit? Non rectè hæc inter se comparabuntur, quando is qui emit, sua voluntate negotium gerat. Ideòque diligentius à venditore sibi cavere et possit, et debeat. Quod non æquè et de eo cui damni infecti non promittatur, dici potest.

45. *Scævola lib. 12 Quæstionum.*
(À quo fundus petetur: si rem nolit.)
Ædificatum

d'autant que dans l'espèce proposée il ne se trouve obligé à payer qu'à cause de la construction qu'il a faite du mur? J'ai répondu qu'il ne pourroit rien redemander de ce qu'il auroit payé à cet égard; parce que c'est en vertu de la stipulation, et non à cause du vice de l'ouvrage, qu'il a été condamné à payer.

44. *Africain au liv. 9 des Questions.*

Je vous ai demandé la caution d'indemnité, vous me l'avez refusée. Et avant que je me sois présenté devant le préteur, votre maison est tombée, et m'a causé du dommage par sa chute. Julien pense que le préteur ne doit rien ordonner de particulier à cet égard, et que je me dois imputer à moi-même le dommage que je souffre pour m'être présenté trop tard. Mais si le préteur avoit déjà ordonné que vous me donneriez caution, et que sur votre refus il m'eût envoyé en possession, votre maison venant à tomber avant que je sois entré en possession, ce jurisconsulte pense qu'on doit observer la même chose que si j'étois entré en possession avant la chute de la maison.

1. J'ai été envoyé par le préteur en possession pour me tenir lieu de caution d'indemnité en cas d'accident, et j'ai, en vertu du second décret du préteur, acquis la propriété par ma possession. Il survient un créancier qui réclame et poursuit un droit d'hypothèque qu'il a sur cette maison. On décide avec raison qu'il ne pourra point intenter cette action contre moi, s'il ne fait offre de me rendre les dépenses que j'ai faites pour les réparations de cette maison. Mais pourquoi n'accorderoit-on pas le même droit à un acheteur qui auroit acquis une maison hypothéquée? Ces deux espèces n'ont rien de commun ensemble à cet égard, parce que celui qui achète fait un acte volontaire. Par conséquent il peut et doit apporter plus de soin à se faire donner ses sûretés par son vendeur. On ne peut pas dire la même chose de celui qui a acquis la propriété d'une maison en vertu de la possession dans laquelle il a été envoyé à cause du refus que le propriétaire a fait de lui donner la caution d'indemnité en cas d'accident.

45. *Scévola au liv. 12 des Questions.*

Vous bâtissez; je soutiens contre vous que
vous

vous n'en avez pas le droit. Faute par vous de défendre contre mon action, je dois être envoyé en possession de votre bâtiment, non pas à l'effet de le faire démolir tout de suite (car il y auroit de l'injustice dans une démolition si précipitée), mais à l'effet de le faire démolir au bout d'un certain temps, si vous ne prouvez pas contre moi le droit que vous avez de bâtir.

46. *Paul au liv. 1 des Sentences.*

C'est au procureur de la ville à avoir soin que les propriétaires rétablissent et reconstruisent leurs maisons lorsqu'elles sont tombées en ruine.

1. Lorsqu'une maison aura été reconstruite aux dépens du public, si le propriétaire n'offre pas dans un certain temps les dépenses qui auront été faites, avec les intérêts, la ville pourra légitimement vendre la maison.

47. *Nératius au liv. 6 des Feuilles.*

Un propriétaire a deux maisons séparées par une galerie dont l'usage est commun aux deux maisons, ensuite il juge à propos de restreindre l'usage de cette galerie à une seule des deux maisons. Cette galerie n'appartiendra plus qu'à la maison à l'usage de laquelle elle a été convertie; et cette décision doit avoir lieu non-seulement dans le cas où les poutres qui soutiennent la galerie seront appuyées sur la maison à l'usage de laquelle on a destiné la galerie, mais encore dans le cas où toute la charpente qui soutient cette galerie porterait sur l'autre maison. Labéon dans ses livres postérieurs rapporte l'espèce suivante : Un propriétaire a deux maisons, il construit une terrasse qui s'étend sur l'une et l'autre maisons, il ouvre sur cette terrasse une entrée du côté d'une des deux maisons, et vend l'autre avec la servitude de supporter la terrasse. Ce jurisconsulte décide que la terrasse restera en entier à la maison que le vendeur se sera réservée, quoique cette terrasse s'étende sur les deux maisons, et qu'il y eût en travers une charpente soutenue des deux côtés par les murs de la maison qui a été vendue. Mais il ajoute qu'il ne faut pas conclure pour cela que la partie supérieure du bâtiment, qui n'est pas jointe à la terrasse, et qui n'a point d'autre entrée que par la maison vendue, appartienne à une autre

Ædificatum habes : ago , tibi jus non esse habere. Non defendis. Ad me possessio transferenda est : non quidem ut protinus destruat opus (iniquum enim est, demolitionem protinus fieri), sed ut id fiat, nisi intra certum tempus egeris, jus tibi esse ædificatum habere.

De opere destruendo.

46. *Paulus lib. 1 Sententiarum.*

Ad curatoris reipublicæ officium spectat, ut dirutæ domus à dominis extruantur.

De domo diruta extruenda.

§. 1. Domum sumptu publico extructam, si dominus ad tempus pecuniam impensam cum usuris restituere noluerit, jure eam respublica distrahit.

De domo sumptu publico extructa.

47. *Neratius lib. 6 Membranarum.*

Quod concave binarum ædium dominus ex aliis ædibus in aliarum usum convertit : non solum si contignatio qua id sustinebitur, oriatur ex parte earum ædium in quarum usum conversum erit, earum fiet : sed etiam si transversa contignatio tota in aliarum ædium parietibus sedebit. Sed et Labeo in libris posteriorum scribit : Binarum ædium dominum utrisque porticum superposuisse, inque eam aditu ex alteris ædibus dato, alteras ædes, servitute oneris porticum servandæ imposita, vendidisse. Totam porticum earum ædium esse, quas retinisset, cum per longitudinem utriusque domus extensa esset transversæ contignationi, quæ ab utraque parte parietibus domus, quæ venisset, sustineretur. Nec tamen consequens est, ut superior pars ædificii, quæ nulli conjuncta sit, neque aditum aliunde habeat, alterius sit, quam cujus est id, cui superposita est.

De eo quod ex unis ædibus in aliarum usum conversum est.

48. *Marcianus lib. singulari de Delatoribus.*De demolitio-
ne domus.

Si quis ad demolendum negotiandi causa vendidisse domum partemve domus fuerit convictus : ut emptor et venditor singuli pretium, quo domus distracta est, præsentent, constitutum est. Ad opus autem publicum si transferat marmora, vel columnas, licito jure facit.

TITULUS III.

DE AQUA, ET AQUÆ
PLUVIÆ ARCENDÆ.1. *Ulpianus lib. 45 ad Edictum.*De aqua pluvia
arcenda. De cau-
sa et effectu ac-
tionis. Definitio
aquæ pluviæ. Si
aqua pluvia per
se noceat, vel
mixta cum alia.

Si cui aqua pluvia damnum dabit, actione aquæ pluviæ arcendæ avertetur aqua. Aquam pluviam dicimus, quæ de cælo cadit, atque imbre excrescit : sive per se hæc aqua cælestis noceat, ut Tubero ait, sive cum alia mixta sit.

De opere ex
quo damnum ti-
metur Si natu-
raliter aqua no-
ceat.

§. 1. Hæc autem actio locum habet in damno nondum facto : opere tamen jam facto, hoc est, de eo opere, ex quo damnum timetur. Totiensque locum habet, quotiens manu facto opere agro aqua nocitura est : id est, cum quis manu fecerit, quod aliter fluere, quam natura soleret ; si fortè immittendo eam aut majorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem : aut si comprimendo redundare effecerit. Quod si natura aqua noceret, ea actione non continentur.

De palude.

§. 2. Neratius scribit : Opus quod quis

maison qu'à celle sur laquelle elle est appuyée.

48. *Marcien au liv. unique des Délateurs.*

Si quelqu'un est convaincu d'avoir vendu sa maison ou partie de sa maison pour être démolie, faisant en cela un objet de commerce des matériaux employés dans sa maison, les ordonnances portent que l'acheteur et le vendeur seront condamnés chacun en une amende égale au prix que la maison a été vendue et achetée. Mais s'il veut détacher de sa maison des marbres ou des colonnes pour être employés dans des monuments publics, il a droit de le faire.

TITRE III.

DE LA SERVITUDE DE L'EAU,
ET DE L'ACTION QU'ON A

Contre son voisin pour l'obliger à détourner les eaux de la pluie.

1. *Ulpian au liv. 45 sur l'Edit.*

Si quelqu'un souffre du dommage par l'eau de la pluie, il aura une action contre le voisin pour le forcer à permettre l'écoulement de ses eaux. On entend par l'eau de la pluie celle qui tombe du ciel et qui s'amasse par une longue pluie, soit que cette eau de pluie nuise par elle-même, comme dit Tubéron, soit qu'elle nuise étant mêlée avec d'autres.

1. Cette action a lieu avant que les eaux pluviales aient encore nuï ; il faut cependant supposer que le voisin ait déjà fait quelque construction à l'occasion de laquelle on craigne quelque dommage des eaux de la pluie. Et elle a lieu toutes les fois que par un ouvrage de main d'homme l'eau de la pluie doit nuire à un fonds ; c'est-à-dire, lorsque quelqu'un a fait une construction au moyen de laquelle les eaux doivent s'écouler autrement que de la manière accoutumée : par exemple si en lâchant l'eau elle devoit devenir plus considérable, plus rapide ou plus violente, ou si en arrêtant son cours on la faisoit refluer sur le voisin. Mais si cette eau devoit nuire par sa nature, on n'auroit à cet égard aucune action.

2. Neratius rapporte l'exemple suivant :

Un particulier fait sur son terrain une élévation pour détourner l'eau qui avoit coutume de s'écouler d'un marais sur son champ; si le marais vient à se remplir par une grande pluie, et par-là reflue et se déborde sur les héritages du voisin, on a contre lui l'action dont il s'agit ici pour le forcer à détruire son ouvrage.

3. Quintus-Mucius dit que cette action n'a pas lieu contre celui qui auroit fait quelque rigole ou autre nouvel œuvre avec sa charrue pour faciliter l'exploitation de son champ. Trébatius admet aussi cette exception, mais dans le cas seulement où ces rigoles auront été faites pour procurer une moisson abondante, et non dans les autres cas où on auroit cherché seulement à améliorer le fonds.

4. Mucius est encore d'avis qu'on peut faire des rigoles pour dessécher son champ, mais non pas pour en conduire l'eau dans celui du voisin. Il en rend cette raison, qu'il est à la vérité permis à chacun d'améliorer son champ, de manière cependant qu'il ne nuise pas à celui de son voisin.

5. Cependant si le cultivateur peut labourer et ensemer son champ sans rigoles, il sera tenu par notre action s'il en fait, quoiqu'il les fasse pour la culture de son champ. Mais il ne sera pas tenu dans le cas où il n'aura pu ensemer qu'en faisant ces rigoles pour recevoir l'eau. Ofilius est d'avis qu'on peut faire des rigoles pour cultiver son champ, pourvu qu'elles soient toutes dirigées dans le même sens.

6. Les auteurs qui ont commenté Servius, pensent que si quelqu'un avoit mis des saules au bord de son champ, à l'occasion desquels l'eau s'arrêtât sur le champ du voisin, il y auroit lieu contre lui à notre action pour le forcer à souffrir l'écoulement des eaux.

7. Labéon est aussi d'avis que cette action ne s'étend point aux ouvrages que fait un homme sur son fonds pour se procurer une récolte abondante de grains et de fruits, et qu'on n'examine pas de quelle espèce de fruits il cherche à se procurer la récolte.

8. Sabin et Cassius pensent que tout ouvrage fait de main d'homme donne lieu à cette action, à moins qu'il ne soit nécessaire pour la culture de la terre.

9. Ces jurisconsultes disent cependant que

fecit, ut aquam excluderet, quæ exundante palude in agrum ejus reflere solet, si ea palus aqua pluvia ampliatur, eaque aqua repulsa eo opere agris vicini noceat, aquæ pluviae actione cogetur tollere.

§. 3. De eo opere, quod agri colendi causa aratro factum sit, Quintus Mucius ait, non competere hanc actionem. Trebatius autem, non quod agri, sed quod frumenti duntaxat quærendi causa aratro factum sit, solùm exceptit.

De eo quod aratro factum est

§. 4. Sed et fossas agrorum siccandorum causa factas, Mucius ait fundi colendi causa fieri: non tamen oportere corrivandæ aquæ causa fieri: sic enim debere quem meliorem agrum suum facere, ne vicini deteriorem faciat.

De fossis.

§. 5. Sed et si quis arare et serere possit etiam sine sulcis aquariis, teneri eum, si quid ex his, licet agri colendi causa videatur fecisse. Quod si aliter serere non possit, nisi sulcos aquarios fecerit, non teneri. Ofilius autem ait, sulcos agri colendi causa directos ita, ut in unam pergant partem, jus esse facere.

De sulcis.

§. 6. Sed apud Servii auctores relatam est, si quis salicta posuerit, et ob hoc aqua restagnaret, aquæ pluviae arcendæ agi posse, si ea aqua vicino noceret.

De salictis.

§. 7. Labeo etiam scribit, ea, quæcunque frugum fructuumque recipiendorum causa fiunt, extra hanc esse causam: neque referre, quorum fructuum recipiendorum causa id opus fiat.

De eo quod fructuum recipiendorum,

§. 8. Item Sabinus, Cassius, opus manufactum in hanc actionem venire aiunt: nisi si quid agri colendi causa fiat.

Vel agri colendi causa fit.

§. 9. Sulcos tamen aquarios, qui Græci

De sulcis.

Ælius appellantur, si quis faciat, aquæ pluvix actione eum teneri ait.

Si aqua naturaliter decurrat aut opere facto.

§. 10. Idem aiunt, si aqua naturaliter decurrat, aquæ pluvix arcendæ actionem cessare. Quod si opere facto aqua aut in superiorem partem repellitur, aut in inferiorem derivatur, aquæ pluvix arcendæ actionem competere.

Si quis aquam pluviam in suo retineat, vel superfluentem ex vicini fundo in suum derivet,

§. 11. Idem aiunt aquam pluviam in suo retinere, vel superfluentem ex vicini in suum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus esse : prodesse enim sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur : nec quemquam hoc nomine teneri.

Vel in suo fodiens vicini fontem avertat.

§. 12. Denique Marcellus scribit, cum eo qui in suo fodiens, vicini fontem avertit, nihil posse agi, nec de dolo actionem. Et sanè non debet habere, si non animo vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi id fecit.

De superiore et inferiore.

§. 13. Item sciendum est hanc actionem vel superiori adversus inferiorem competere, ne aquam quæ natura fluat, opere facto inhibeat per suum agrum decurrere : et inferiori adversus superiorem, ne aliter aquam mittat, quàm fluere natura solet.

Si ipsius loci natura nocet.

§. 14. Huic illud etiam applicandum, nunquam competere hanc actionem, cum ipsius loci natura nocet : nam (ut verius quis dixerit), non aqua, sed loci natura nocet.

si quelqu'un faisoit sur son champ des rigoles pour détourner et amasser l'eau, ce que les Grecs appellent égouts, il y auroit lieu contre lui à l'action dont il s'agit ici.

10. Les mêmes jurisconsultes sont d'avis que par rapport à l'eau qui causeroit du dommage en coulant naturellement, il n'y auroit point lieu à l'action dont nous parlons. Mais si, par quelque ouvrage de main d'homme, l'eau remontoit sur l'héritage supérieur ou s'écouloit sur le champ inférieur, on pourroit se servir utilement de cette action.

11. Ils conviennent encore que tout le monde a droit de retenir les eaux de la pluie qui viennent sur son fonds, ou faire couler du champ voisin celle qui lui est superflue pour arroser son terrain, pourvu cependant qu'on ne fasse aucune entreprise sur autrui. Car c'est un principe que chacun doit faire son bien quand il le peut sans porter préjudice aux autres, et qu'on n'a aucune action pour l'en empêcher.

12. Enfin Marcellus écrit que si un homme en se creusant un puits dans son terrain, détourne les sources qui fournissoient de l'eau à son voisin, on n'a aucune action ordinaire contre lui, ni même l'action extraordinaire du dol. Et en effet il est clair qu'on ne doit point avoir cette dernière action contre un homme qui n'a pas eu intention de nuire à ses voisins, mais qui a cherché uniquement à améliorer son fonds.

13. Il faut encore observer que cette action a deux objets ; elle est donnée au propriétaire d'un héritage supérieur, pour forcer le propriétaire d'un héritage inférieur à souffrir l'écoulement de ses eaux, et à n'en pas arrêter le cours par quelque ouvrage fait de main d'homme ; elle est donnée aussi au propriétaire de l'héritage inférieur contre le propriétaire de l'héritage supérieur, pour forcer celui-ci à ne pas faire écouler les eaux de son héritage d'une manière différente de celle suivant laquelle elles ont toujours coulé.

14. Il faut encore remarquer ici que cette action n'a jamais lieu lorsque c'est la nature des terrains qui cause du dommage ; parce qu'en ce cas, pour parler exactement, le dommage ne vient point des eaux pluviales, il vient de la nature et de la situation des terrains.

15. En un mot, je pense que cette action n'a lieu que dans les cas où le dommage est causé par les eaux pluviales, ou par l'amas des eaux de pluie qu'on ne laisse pas couler naturellement, et au cours desquelles on s'oppose par un ouvrage fait de main d'homme : à moins que cet ouvrage ne soit nécessaire à la culture du champ.

16. L'eau est dite augmenter par les pluies quand elle change de couleur ou qu'elle croît considérablement.

17. Il faut encore remarquer que cette action n'a lieu que dans le cas où le dommage est causé à un fonds rustique, c'est-à-dire à un terrain non bâti. Elle cesse d'avoir lieu par rapport au dommage causé par la pluie à un bâtiment ou à un édifice urbain. Dans ce dernier cas on a d'autres actions pour soutenir que le voisin n'a pas le droit de détourner sur nous ses gouttières et ses égouts. C'est ce qui fait dire à Labéon et à Cascellius que l'action dont nous parlons est spéciale et doit être restreinte à son cas particulier, au lieu que l'action négatoire qui a lieu par rapport aux gouttières et aux égouts est générale, et qu'elle peut être proposée par tout. Ainsi quand l'eau nuit à un champ, c'est régulièrement par l'action dont il s'agit dans ce titre qu'on arrêtera les entreprises du voisin.

